CONSOLATORIUM TIMORATAE CONSCIENTIAE VENERABILIS P. FRATRIS...

Johann Nider



non posseduto



CONSOLATORIVM TIMORATAE CONSCIENTIÆ

VENERABILIS P. FRATRIS IOANNIS NIDER


S. THEOLOGIÆ PROFESSORIS de Ordine Prædicatorum.





ROMAE,
Apud Stephanum Paulinum.
MDCIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.



ADMODVM ILLVSTRI, ET REV.MO

D. LAVDIVIO ZACHIÆ

CAMERÆ APOSTOLICÆ COMMISSARIO, ET PROTHESAVRARIO.

STEPHANVS PAVLINVS Typographus Vrbis. S. P. D.



ABOREM meum in concinnando, & è plurimis quibus ſcatebat, antiquitatis tenebris eruendo opuſculo iſto Ioannis Nider, ſi alteri, quàm tibi (Præſul ampliſſime) dicaſſem, bis, mihi, peccaſſe viſus eſſem; ſemel quidem, quòd labor hic, qualisqualis tandem ſit, à me tamen elaboratus eſt, hoc eſt, ab homine, qui, qua poteſt, qua valet, cuncta tibi debet, ſic tu tam

mirificè tot beneficijs in me affe-
ctus, vt animus ipse meus ingrati-
tudinis expers, sponte tibi manci-
patus sit, ita factum, vt labores isti
tamquam vernę quidam, iure tibi
debeantur. At si materiam, & ar-
gumentum quod hic auctor agi-
tat perspectes, sedulò videbis ip-
sum sponte sua, ad te cursitare, te
patronũ ambire. quale nam illud
argumẽtum? penitissimi conscien
tiæ secessus, & arcani penetralis
inuestigatio, perscrutatio: rem ar-
duam, rem difficilem, & tamen ne-
cessariam, neque enim quies vlla,
vllaque pax, conscientia turbata,
hanc meus Nider in hoc opuscu-
lo, susque deq. volutat, volutatam
secernit, secretam amplexatur, &
in eius amplexibus felicitatẽ ma-
ximam collocatam ostendit. Tu
Præsul amplissime his felicissimis
amplexibus gaudes, & iugi conui-
uio

uio mentem paſcis: in arce negotiorum ſedes, ſed ſatis tutus, & ijs defectibus immunis, quibus plerumque ſtatus talis abundat, nemo ſe deceptum putat, à nemine te deceptum quæreris, neq; enim vmquam (vt olim quidam Traiano) deceptus eſt Magnus, niſi qui prius ipſe decepit: quoties tu clauſtra cordis tui perluſtres, quoties tecum ipſe rationem ineas dicti, facti, cogitati, quo ne vel leui macula inſici poſſis, iam ipſe rerum euentus indicat. Felicem & à ſupremo Numine maximè dilectum exiſtimauit Plinius ſenior, iunioris relatu, eum qui vel faceret ſcribenda, vel ſcriberet facienda, feliciſſimum autem, eum qui vtrumque. Te nos in hoc felicitatis culmine collocatum lętari poſſumus, facis, certè, ſcribenda, & poſteris imitationi proponenda, at

quod

quod non ſcribas facienda, ſæculi noſtri iactura eſt, & indignari debemus aceruo huic onerum quibus ceruix tua grauatur, & per quæ non tibi ius, quæ mente concepiſti, tandem bono rei litterariç, ędere. Sed quo protrahor? dum tuas virtutes recolo, illius obliuiſcor quæ prima, vel inter primas ea ſit vt robore ſuffundaris, vbi laudes tuas audieris. Igitur non vltra epiſtolam, & hoc quoq; in laudes tuas eat, dum non inopia laudum, ſed laudati modeſtia, epiſtolam obſignat. Deus te, Præſul, ad maiora natum, diu incolumem ſeruet. Vale ex Vrbe die 25. Aprilis MDCIV.

CON-

CONSOLATORIVM

timoratæ Conscientiæ Venerabilis Fratris Ioannis Nider sacræ Theologiæ professoris de Ordine Prædicatorum.

PROLOGVS INCIPIT.



PVD disciplinas reperimus philosophicas, diuersis morbis corporũ: medicos tradidisse antidota varia, diuersis sub tractatibus. Cum autem rationalis anima incomparabiliter nobilior sit corpore: plus longe animarum medicis de his opus est tractatus formare: quibus ęgrotãti succurratur animæ. Et quamquam in humanam animã cadere possunt infirmitatum spiritualium penè infinita accidentia: tamen pro præsenti vni morbo qui est Erronea cõscientia, principaliter succurrere propono per hunc tractatum: qui censeri potest Cõsolatorium Timoratæ Conscien

tiæ.

tiæ. Quem, reuera solum ex famosorum Doctorũ, tam Theologię paginę, quàm Iuris Canonici comportaui sententijs. Quia igitur (in huius vitæ exilio) nihil est Bona conscientia iucundius; de qua æterna ait Sapientia. Secura mens quasi iuge conuiuiũ. Et Apostolus. Gloria nostra hęc est testimoniũ Conscientiæ nostræ. Et ita ediuerso (in hac lacrymarũ valle) nihil pœnalius, & miserabilius mala Consciẽtia. De qua Esa. dicit. Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non ęxtinguetur. Ideo vt conscientia sine errore ad felicitatis ęternę cum bona specie queat terminum, iuxta tres famosas acceptiones conscientię, tractatum prę- sentem, in tres partes diuido.

Prima pars in octo capitula erit de Conscientia, prout specie denotat.

Secunda, in decem capitulis erit de Conscientia, prout habentem rectificat.

Tertia in 31. capitulis erit de Conscientia, prout in aliquo trepidat.

INCI-

INCIPIT PRIMA PARS

Quod conſcientia primo modo capitur pro ſpe: & ponuntur ſeptem eiuſdem bonæ conſcientiæ fructus laudabiliſſimi.

Caput. I.



RIMO igitur aduertendum quod conſcientia vno modo ſumitur pro re conſcita: id eſt pro ſpe bona de Dei amicitia, vt S. Tho. refert ſuper tertio ſent. diſt. 24. Sic enim accipitur primę ad Thi. 1. cum dicitur charitas procedit de conſcientia bona. gloſ. id eſt ex ſpe, quia ex meritis, quæ conſcientia tenet, motus ſpei inſurgit. Sic etiam de conſcientia loquuntur doct. antiqui vt plurimi: quemadmodum Apoſtolus ad Heb. vltimo dicens. Confidimus: quia bonam conſcientiam habemus in omnibus. Huiuſmodi autem & cuiuſlibet bonę conſcientiæ ſeptem reperimus fructus & vtilitates in ſacræ theologiæ litteris: qui ſunt radix: iter veritatis: ornatus venuſtatis: retractorium à peccatis: theſaurus honeſtatis: teſtimonium bonitatis, & conuiuium delectabilitatis. Primo eſt radix ſpei bonæ & charitatis, propter quod Apoſtolus primæ ad Thi. 1. dicit. Finis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona. De quo Bernar. libro tertio de conſide. dicit. Fortitudo tua, fiducia fidelis conſcientiæ. Et beatus Auguſt. in quoddam ſermone. Quid obeſt homini, quod de illa tabula vult eum delere humana ignorantia, ſi eum de libro viuentium numquam deleat propria conſcientia? Nam ſi bonum, quod de nobis dicitur, in mente non inuenitur, magnam nobis triſtitiam debet generare. Et e contra. ſi malum, quod de nobis dicitur, in nobis non inuenitur: in magnam debemus lætitiam proſilire.

Secundo eſt iter veritatis, pro quo pſal. orat dicens. Deduc me domine in ſemitam rectam mādatorum tuorum, & in iuſticia tua propter inimicos meos dirige in Iter

A con-

conspectu tuo viam meam. vbi glos. Dirige in conspectu tuo: idest in conscientia, vbi homo aliquis non videt, sed tu solus: quoniam homini laudanti vel vituperanti non est credendum: quia non videt conscientiam qua iter ad Deum dirigitur. subditur. Quoniam non est in ore eorum veritas, quasi dicat, dirige necesse est: quoniam non est in ore eorum veritas; scilicet inimicorum meorum, quorum iudicio non est credendum. Ideo ad conscientiam vbi Deus videt, fugiendum est.

Iter 3. Tertio est ornatus venustatis rationalis animæ, quæ sponsa Christi est, & Dei. de quo in psal. Omnis gloria eius ab intus; super quo glo. Hic est laus sponsæ à gloria quasi dicat. Concupiscit Rex decorem tuum, qui decor non est, nisi intus: quia omnis gloria eius; scilicet filiæ Regis, est ab intus idest in conscientia. Ideo canticorum quarto animæ sanctæ sponsus dicit. Quàm pulchra es amica mea quàm pulchra: oculi tui columbarum. idest quo ad exteriorem conuersationem: absque eo glosa .i. intentione, qua sola pulchra es, per quem alia sunt commendabilia, quod intrinsecus latet, quia soli Deo patet.

Iter 4. Quarto est retractorium à peccatis. Quem enim conscientia mordet & stimulat, quod aliquod sit illicitum; iam pro tanto à peccato tali retrahitur, in quo labi posset: propter quod veritas. Lucæ 12. ait. Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non preparauit se; scilicet ad aduentum domini sui munde: & non fecerit secundum volútatem eius, plagis vapulabit multis. sequitur. Qui autem non cognouit, nec fecit digna: vapulabit paucis. Et si quis non fecit secundum intellectum, quem habet, vel habere debet de aliquo morabili agibili dicetur illi illud. Iaco. quarto Scienti bonum & non facienti peccatum est illi. & secunda Pet. 2. Melius erat illi viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retroire: ab eo quod traditum est illis à sancto mandato. Hanc ob causam altior fuit luciferi; quia sicut alijs præminebat scientia; ita cæteris peior fuit in ruina. Nec tamen propterea vt dicit glo. B. Augustini super præmissa verba Euangelica; fugiendum est ad latebras ignorantiæ; quia ignorantia eorum, quæ quis scire debet, & potest, nemi-

nem

nem excusat, sed accusat potius, & sæpe delictum auget, secundum illud 1. Corinth. 2. ignorans ignorabitur. Ideo Ambro. super Ro. 12. dicit. Grauissime peccas, si ignoras. hoc est periculosissimum: quia non reddit ad pœnitentiam qui ignorauit. Bene ergo dicitur prouer. 12. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientię, quia scilicet conscientia promittit benefacienti præmium vitæ æternæ, & conscientia bona negligenti minatur pœnam mortis perpetuæ.

Quinto est thesaurus honestatis. de quo eccl. 12. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, quod tam de substātia rerum terrenarum quàm spiritualium intelligi potest. Illius enim diuitiæ sunt, bona substantia, quem de male acquisitis ac retentis non remordet conscientia. Sic etiam hominis illius diuitiæ spirituales: puta: scientia & virtutes sunt, bona substantia, quē de mortali non mordet conscientia. Nàm interiora bona virtutum propriæ sunt & veræ diuitiæ. De quibus Chrisost. super Matth. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo, Numisma, inquit, Cæsaris, aurum est: numisma Dei, homo est. In solidis Cæsar videtur: in hominibus autem Deus agnoscitur. Et ideo diuitias vestras Cæsari date: Deo autem conscientiæ vestræ solum innocentiam reseruate. Idem astruit Cassio. quarto libro epistolarum. Quid acquiri ait putatur, vbi bona conscientia perditur: aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amisisse? Quint.

Sexto est testimonium bonitatis. In cuius signum Apostolus. secunda Corinth. 1. Postquam ait. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ: immediate subdit: quod in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali: sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Propterea beatus Gregorius hom. 9. super Ezechielem dicit. In eo, quod dicitur, semper tacite recurrere debemus ad mentem & interiorem testem & iudicem requirere. quid enim prodest si omnes laudant & conscientia accusat? aut quid poterit obesse, si omnes derogent, & sola conscientia defendat? Bona autem ait Bernar. super Cant. consolatio, cum blasphe- Sext.

mamur à malis benefacientes: si recti diligant nos: omnino sufficit (aduersus nos loquentium iniqua) opinio bonorum cum testimonio conscientiæ.

Septi. Septimo est conuiuium delectabilitatis, eo quod secura mens quasi iuge conuiuium. prouerb. 15, vnde Cassio. libro secundo epistolarum. Arborem quam florere vides quam summa conspicis viriditate lætari: subterraneo succo fœcunditatis animatur, reddens in superficie quod continetur in radice: hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur. si visceribus sanis grauamẽ nullius sentiat læsionis. Ex quibus patet quomodo bonæ conscientiæ possessio sit iucundissimæ rei adeptio. Hanc tamen conscientiam se habere sperantes, memores sint iugiter verbi beati Isidori tertio libro de summo bono dicentis: Semper conscientia serui Dei humilis esse debet & tristis: vt per humilitatem non superbiat & per vtilem mœrorem cor ad lasciuiam non dissoluat.

Quod mala conscientia eam habenti septem mala ingerit. Cap. II.

Contrario vero mala conscientia fructus septem amarissimos solet gignere Nam bellum intestinum generat, proximum faciliter enecat, munda sibi immunda factitat, viam difficilem prædicat, ad errorem mentis adiuuat, ad gehennam ædificat, & iugem tristitiam continuat.

Primo inquantum bellum intestinum generat: ita vt cogitatio cogitationi recalcitrat: quod Apostolus ad Ro. 2. innuit dicens testimonium reddente illis: scilicet philosophis malis, conscientia eorum: & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, qua iudicabit Deus occulta hominum. Quod videlicet fiet in die iudicij: & fit hodie, cum quis aut diuina inspiratione ad intra compungitur; aut quando facinora sua sacramentaliter confiteri tenetur. De talis modis intestino bello vulneratis in conscientia.

Seneca, Seneca libro quarto de virtutibus dicit, Timidum non facit animum nisi

reprehensibilis vitæ conscientia.

Secundo faciliter proximum enecat, qui malam conscientiam gestat. quia cum quis ab intra actuatus mala conscientia, ad extra mala operari incipit: proximo causa ruinæ existit. Iuxta illud, primæ Corinth. 8. Si quis viderit eum, qui habet conscientiam in idolo recumbentem: non ne conscientia eius, cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolotita: & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam, in Christum peccatis.

Tertio munda immunda sibi factitat Nam Thi. 1. omnia munda mundis, inquinatis autem & infidelibus nihil mundum est: sed inquinatæ sunt eorum, mens & consciẽtia: confitentur se verbis nosse Deum, factis autem negant. vbi glo. nihil eis mundum est, quia non digni donis Dei: sed & mens. idest intellectus, & conscientia eorum inquinatæ sunt; & non ex cibo inquinatio eorum: sed ex malo intellectu & conscientia peccatorum. Et vere mẽs & conscientia eorum inquinatæ sunt, quia confitentur quidem verbis se nosse Deum, factis autem negant.

Quarto mala conscientia viam difficilem prædicat vel practicat cum iniustis, qui dicunt. Sapientię septimo. Ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Quo contra suadet suis Apostolus. Hebr. 10. Accedamus ad sacerdotẽ magnum Christum cum vero corde in plenitudine fidei aspersi contra conscientiam malam. Nam malam habens cõscientiam numquam in via morum securus est; aut sic subitaneæ corporaliter moriens labatur indubitate ad inferni baratrum: aut sibi melius consulens diuina misericordia excitatus ad pœnitentiæ lamenta recurrat. Idcirco Sene. in libro de motibus ait. Mala conscientia sæpe tuta est: secura numquã. Itaque nihil ei commiseris, nisi quod amico committere possis. plerique famam, conscientiam autem pauci verentur.

Quinto ad errorem mentis adiuuat: ita vt nonnumquam ad hæresim inducat. dicente Apostolo primæ ad Thimo. quarto. Spiritus manifeste dicit, quod in nouissi-

mis temporibus, discedent quidam à fide: attendentes spiritibus erroris, & doctoris dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentes suam conscientiam glo. 1. corruptam praua cogitatione & adustam igne malæ concupiscentiæ.

Sexto ad gehennam ædificat. Tunc videlicet quando quis sentiat, & quando pro certitudine iudicat aliquod esse peccatum. quia Ro. 14. dicitur. Qui autem discernit si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide; glo. Si manducauerit cum illa cõscientia damnatus est: quia qui iudicat non edendum, & edit damnatus est: vnde sequitur. Ipse enim reum se facit, quando illud, quod inutile sibi asserit, facit. Ideo damnatus est, quia non manducat ex fide, idest secundum conscientiam, contra fidem vtique edit, qui edendum non credit. vnde sequitur. Omne autem, quod non est fide peccatum est.

Septimo. Tristitiam continuat in magnum grauamen animæ & spiritus. vnde Sapient. 17. semper præsumit sæua perturbata conscientia. glo. quæ non habet tranquillitatis securitatem. Cuius rationem assignat Seneca in libro de moribus. Nullum, inquit, conscium peccatorum tuorum magis timueris: quam te ipsum, alienum enim potes effugere, te autem numquam. Nequitia enim est pœna sua ipsi sibi. Similem tradit sententiam. 6. August. libro Confes. dicit. Iussisti domine, & ita factum est, vt pœna sit sibi omnis animus inordinatus. Et Isidorus libro secundo Soliloquiorum. Nulla pœna grauior mala conscientia. Mens enim male conscia proprijs stimulis agitatur.

Seneca. Augus. Isid.

Quod septem reperiuntur differentes conscientiæ. Cap. III.

Est aũt cõsciẽtia bona similiter & mala multiplex. quia quædã est, & dicitur cauteriata. alia nimis lata: alia nimis arcta & pusillanimis: alia tranquilla, sed non bona: alia perturbata non bona; alia perturbata, sed bona: & alia tranquilla & bona.

Prima

Prima quæ dicitur cauteriata: ideſt corrupta proprie eſt perfidorum hæreticorũ præcipue. de quibus prophetat Apoſtolus primæ ad Thimo. quarto dicens. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi, loquentium mendacium & cauteriatam habentes conſcientiam. Et quia articuli fidei ſunt velut prima principia in religione Chriſtiana, idcirco tales conſciẽtiæ cauteriatæ ſunt periculoſiſſimæ. Si enim paruus error in principio maximus eſt in fine: certum eſt, quod magnus error in principio maximus eſt in fine. Tales ſunt etiam phariſei hypocritæ: decimantes mentam & rutam & omne olus: grauiora legis prætermittentes: quibus veritas comminata eſt. Matth. 13. Talem huiuſmodi conſcientiam habent, qui de magnis peccatis petentibus & diuitibus modicam conſcientiam in prædicatione, cõfeſſione, vel in priuato ſermone faciunt: ſed pauperibus & deſpectis hominibus in paruo exceſſu graues conſcientiæ ſcrupulos formant. Similes ſunt hi vulpinæ aſtutiæ. de qua fabuloſe fertur. Quod cum vulpes leonis cuiuſdam culpas in eius præſentia audiſſet: peccata grauia excuſauit & alleuiauit per ſingula: puta rapinam per defectum propriarum carnium: gulam per robur leonini corporis: furorem per dominium potentiæ ſuper cuncta animantia. & ita de alijs. Cum autem acceſſiſſet ſimplex aſellus confitens vulpi quod poſt grauem abſtinentiam à cibis & delectabilibus, & poſt labores grandes, quibus ſub frumentorum ſaccis portandis laborauerat: de calceo ſui paſtoris & exactoris ſtramen prominens, fame motus comediſſet: cœpit vulpes hoc factum ducere ad pericula maxima: ſcilicet quod exactor, cui tale damnum intulerat pauper fuit & nudus: & quod pedibus frigefactis, caput & totum corpus lædi poterat, & tandem ſequi interitus & homicidium. & ſic male tractatus fuit aſinus. Hac de cauſa talium conſcientiam vulpinam denominat Bernar. in lib. de conſiderat. vbi dicit. Vulpina conſcientia, eſt tepida conuerſatio, ficta confeſſio, obedientia ſine deuotione, oratio ſine attentione: lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circunſpectione. Porro coro-

Pulcra fabula.

Bernar.

nam, & vestem rotundam, regulam ieiuniorum seruo & statutis horis psallo: sed cor meum longe est à Deo: exteriorem superficiem intuens, salua mihi omnia arbitror totus pergens in ea, quæ foris sunt, oblitus interiorum meorum: sicut aqua effusus sum.

Secunda conscientia est lata nimis: eorum, qui non ponderant peccata nisi magna, non curantes de venialibus aut paruis: contra quos dicitur. Ecclesi. 19. Qui spernit modica paulatim decidet. Nulla enim domus repentine ruit, sed stillicidijs neglectis succesliue putrescunt domus sustentacula, & sic tandem eius sequitur ruina. Tales assimulantur pescatoribus qui semper lata cupiūt habere retia & nunquam stricta: & ita nunquam minores valent capere pisciculos; qui sæpe delectabiliores sunt magnis piscibus: nūquam tales ad perfectionis apicem vitæ possunt peruenire: scilicet contemplatiuæ, quæ est delectabilissima Vnde delectationes venialium peccatorum psal. renuens, ait, renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. & alibi. Silui à bonis & dolor meus renouatus est: sed sequitur. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescit ignis. Taliū enim late conscientiæ hominum, conscientia vulgo lupina dicitur. Nam fertur parabolice, lupum post multas rapinas, per rusticum captum, qui cum libertati dari deberet & allegaret, quod nec fœno nec frumento aut fructibus vesci posset; velut aliæ bestiæ: restitutus est pristinæ libertati: pacto tamen tali per iuramentum firmato: quod vltra valorem sex nummorum carnis deinceps nunquam raperet. Igitur emissus est liber. In eadem autem die vaccam & vitulum rustici reperiens, & esuriens valde. Cumque fames ad vtrumque accidendum tentaret eum, & e diuerso conscientia periurij eum morderet, cōscientia lata cœpit dicere. Nimis arctam conscientiam habere posses, quæ vituperari solet à prudentibus. Nam vacca valet duos nummos & vitulos quatuor. ergo cum bona conscientia conclusit: occide vtrunque & manduca. Sic sunt plerique, qui semper per latam conscientiam quærunt excusationem in peccatis, de magnis parua iudican-

Pulcra similitudo.

Parabola Lupi

dicantes aut nulla. A quo vitio orat propheta erui, cum dicit. Non declines cor meum in verba malitię ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem &c.

Tertia conscientia est pusillanimis & arcta nimis. eorum, qui penè de singulis sibi dubijs formant scrupulos, etiam in ijs, quæ de se sunt licita. Pro quorum consolatione in tertia parte infra latius tractabitur. De talium cœtu fuerunt israelitæ plurimi persecutionis tempore fugientes ad antra deserti; quos cum gentiles die Sabbati prouocarent ad bella, bellare nolebant conscientiam nimis arctam habentes, ne frangerent præceptum de sanctificatione sabbati. Dixerūtque. Moriamur in simplicitate nostrā, quod & fecerunt. vt habetur in primo Machabeorum. c. 2.

Quarta conscientia est tranquilla: sed non bona eorū, qui peccant sub spe veniæ tandem consequendæ, vel dicunt in corde suo: quia Deus non requirit ista. Qualem conscientiam nonnunquam habent iuuenes ætate vel moribus, quos Salamon præmonet dicens. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. prouer. primo Assimilantur tales tranquillam conscientiā sibi formantes Maniacis & Freneticis: quorum infirmitas est ideo maxima & periculosissima, quia medicinæ remedia nec admittunt nec agnoscūt. Quamobrem beatus Ambr. ait. Grauissime peccas si ignoras. Grauissime idest periculosissime: quia remedium non admittunt, qui ignorant. Ambr. Talem etiam conscientiam habent ij, qui vel ex crassa ignorantia vel ex affectata nolunt scire vt bene agant. Et ideo iniquitatem sæpe meditantur in cubili suæ conscientiæ: quam tamen iniquitatem propter ignorantiam nequeunt agnoscere.

Quinta conscientia est perturbata & non bona, nonnunquam desperationi proxima aut vicina. Qualem habent ij, qui crebro in eadem peccata labuntur, & quamquam pœniteant: tamen propter relapsus frequentiam propè quendam desperationis impulsum gemunt & turbātur, quales vocat philosophus 7. ethi. incontinentes; similes infirmis, qui in eisdem febribus recidiuant: quos

Chri-

Christus animæ medicus consolatur: cum Petro quærēti quoties in me peccauit frater meus & dimittam ei vsq. septies. Respondit, non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies, idest secundum omnes catholicos doctores, toties quoties pœnitebit. Matthæi 18.

Sexta conscientia est bona: sed non tranquilla immo infirma, eorum, qui conuersi ad dominum recogitant in amaritudine animæ suæ annos suos, qui grauiter adhuc sentiunt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ: tales sæpe ob synceram diligentiam ne Deum offendant in paruis, vbi nullum extat peccatum, sibi turbatam faciunt conscientiam moti nonnunquam ad hoc tentatione dæmonis, vt in perplexitatis ruant vitium. Aliquando etiam ad hoc mouentur doctrinis insipientium hominum. De quibus Apostolus primæ Corinth. 8. dicit. Percutientes infirmam eorum conscientiam: in Christum peccatis: quos tamen idem Apostolus specificat dicens ibidem. cap. 10. Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil interogantes propter con scientiam. pro quorum cura beatus Ber. super Can. inquit. Quid efficacius ad curandum conscientiæ vulnera, nec non ad purgandum aciem mentis quam Christi vulnerum sedula meditatio. & iterum. Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum domini recordabor. *Bern.*

Septima conscientia tranquilla & bona est eorum, de quibus dicit Apostolus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixere cum vitijs & concupiscentijs. Quam Vgo. libro primo suo de anima sic describit. Tranquilla conscientia est, quæ omnibus est dulcis, nulli grauis, veniam amico ad gratiam, & inimico ad pacientiam, cunctis ad beneuolentiam; quibus potest ad beneficentiam: cui dominus nec sua peccata imputat; quia non fecit: nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec superbiam, quia in vanitate non permansit. Et iterum secundum Ber. Conscientia bona titulus est religionis, templū Salamonis: ager benedictionis: ortus deliciarum: aureum reclinatoriū: gaudium angelorum: arca fœderis, thesaurus regis: aula Dei: habitaculum sancti spiritus: liber signatus & clausus, & in die iudicij aperiendus *Vgo.* *Bern.*

riendus. De domo talis conſcientiæ ſcribitur ſapientiæ. 8. Intrans in domum meam conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conuerſatio illius nec tędiũ cõuictus illius: ſed lætitiam & gaudiũ, ſcilicet propter fructus eius.

Quod conſcientia bona ad ſimilitudinem domus materialis eſt regenda. Cap. IIII.

QVia vero æterna ſapientia bonam tranquillam cõſcientiam domui aſſimilare dignata eſt: in qua tãtus lætitiæ, & fructuum habetur copia. Idcirco cum omni qua poſſimus diligentia aduertenda ſunt quinq. quæ exiguntur ad domum conſcientiæ, ſcilicet vt bene fundetur: debite ornetur, fortiter cuſtodiatur, prudenter regatur, & ſæpe tergatur ſiue mandetur.

Primo bene fundetur. videlicet ſuper ſolidum fundamentum Ieſum Chriſtum, & ſacræ ſcripturæ, ſicut Saluator dicit. Matt. 7. Omnis qui audit verba hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Summe autem caueri debet, ne domus conſcientiæ ſit lata nimis, aut ſtricte ædificata, quia qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam vt dicit glo. Ro. 9. Sed heu iſtam domum quidam ædificant ſuper aquas voluptatis, alij ſuper arenam cupiditatis, alij ſuper ventum ſuperbiæ. ideo veritas Matth. 7. ſubiungit. Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Vbi Aug. Conſiderãdum eſt, quia cum dixit qui audit verba in hoc ſatis ſignificat, illum ſermonem domini in monte omnibus pręceptis, quibus Chriſtiana vita formatur, eſſe perfectum, vt merito, qui ſecundum eam viuere voluerit: comparetur ædificanti ſupra petrã, & gloſa ibidem. Cecidit inquam, quia omnis conſcientia, quę ſpe fixa in Deum non fuerit: non permanebit in tentationibus, nec ſubſiſtet: & tanto amplius agitatur, quanto

Auguſt.

Nota.

quanto plus in his, quæ mundi sunt à superioribus disiungitur. Et vere omnes mala, vel fictione boni: ingruente qualibet tentatione peiores fiunt. Est igitur primum fundamẽtum fides firma super Christum fundata. De qua Matthæi. 16. Super hanc petram: scilicet Christum filium Dei viui, ędificabo Ecclesiam meam. Et Apostolus primę Corinth. tertio, fundamentum aliud nemo potest ponere, pręter illud, quod positum est, quod est Christus Iesus. Perfectio vero huius fundamenti est charitas, sine qua fides vitam non habet. Ideo ad Ephe. quarto, vtrumque fundamentum complectens sic orat. Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi: ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias glorię suę, corroborari per spiritum eius, interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum.

Secundo oportet vt domus debite ornetur; imaginibus virtutum & exemplorum bonorum, quia non sufficit adulto habere fidem & charitatem, nisi exeat in opus. Fides enim sine operibus mortua est: Iac. primo. Et secundum beati Gre. sententiam. Charitas si operari renuit: charitas non est. Et Apostolus Gala. quinto dicit. In Christo Iesu, nec circuncisio, nec pręputium aliquid valet: sed fides, quę per dilectionem operatur. vbi glosa, fides n n vtique ociosa: quia fides sine operibus non saluat: sed quę operatur per dilectionem Dei & proximi. In cuius rei typum dominus Exo. 22. iussit, vt cortina interior nobilissima, quę tabernaculum tegebat, ex decẽ particularibus cortinis connexa poliretur varie. Nam ibi sic Deus ait Moysi. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Tabernaculum ita fiat: decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, varietates opere plumario facies. vbi glosa. In his quatuor cortinarum coloribus, quatuor iustificationes exprimuntur. In bysso retorta caro castigata renitens. In hyacintho mens superna cupiens

Greg.

piens. In purpura caro passionibus subiacens. In cocco bis tincto mens inter passiones Dei, & proximi dilectione presulgens. Verum vt ad talium virtutum exercitia perueniamus facilius, expedit, vt crebro sanctorum patrum vitam, velut imagines impingamus intrinsecus. Si enim vt refert beatus Augustinus libro contra Iulianum quidam rex turpis speciei, cubiculum suum fecit depingi pulchris imaginibus: vt earum aspectu vxor sua pareret filium. Cur Christianus domum suę conscientę, quam Deus inhabitat, memoria bonorum exemplorum non depingeret: vt vxor, scilicet sensualitas, proles virtutum gigneret. *Aug.*

Tertio, vt domus cōscientię custodiatur fortiter: quod fieri debet conuersatione honesta, & angelica custodia. Nam sicut tectum domus est custodia; ita exterior bona conuersatio; tutamentum est bonę conscientię, quatenus bona fama proximo, & bona conscientia sibi prosit. Iuxta illud. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Idcirco Christus Matth. 10. dicit, Quod in aure auditis prędicate super tecta .i. per bonam conuersationem. Ad tutelam & ampliorem custodiam etiam misericordiosissima bonitas Dei angelicam adhibuit custodiam. Iuxta illud Lucę quinto. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace: sunt omnia, quę possidet: Et vt Angelus bonus fortior diabolo, vincat superueniens, & auferens vniuersa arma, in quibus confidit diabolus, & eius spolia distribuet. Ideo glosa ibidē. distribuit inquit spolia, exhibens fideles custodias Angelorum ad hominum salutem.

Quarto oportet, vt domus cōscientię prudenter, idest discrete regatur, quamuis enim Deus homini adminiculetur, vt tactum est, angelica custodia. Tamen Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij: idest in suo libero arbitrio, quo mediante, bonum vult, gratia assistente, & malum, gratia Dei dimissa. Vult igitur Deus, qui nos ratione capaces fecit, vt discretione regamur, quę eadem est prudentię. In hac enim virtute iuxta philosophum sexto ethicorum, omnes morales *Liberū arbitr.*

conne-

Christ⁹ connectuntur virtutes. Hanc Christus suos dilectos docuit discipulos. Estote prudentes sicut serpentes: caput videlicet bonę conscientię discrete regendo. Hęc est virtus, & verus auriga virtutum, quam beatus Antonius

Anton. prętulit solitudini, operibus misericordię, vitę monasticę, rigori abstinentię, & priuationi omnium facultatum, vt tradit Cassianus collatione secūda Abbatis Moysi. Quę virtus, vt idem deducit breuiori via monachum sine deceptionis diabolicę fallacia, vehit ad perfectionis apicem. Sed vt ibidem dicitur, non nisi humilitate tali conquiritur, qua quis seniorum vel prelatorum scita custodiri nititur.

Quinto oportet, vt sępe tergatur domus bonę conscientię per scopam contritionis, & confessionis, quando in eam cadunt pulueres venialium, aut venena mortalium peccatorum, nec aliud remedium quęrere oportet quàm illud. vnde August. super Ioannem. Seruus pec-

Aug. cati quò fugit: secum se trahit quocunque fugerit. Non fuget seipsam mala conscientia: non est quò eat: sequitur se, immo non recedit à se. Peccatum enim, quod facit intus est. Vis audire consilium: si vis fugere, ad Deum fuge, confitendo, non latendo.

Quod conscientia bona non semper sufficere debet eam habenti; sed laborare debet quis vt etiam bonam famam habeat. Cap. V.

ORiuntur hic quęstiones quędam.

Prima an talis bona conscientia sufficere potest eam habenti: sic quod curare non debeat de repellenda propria infamia. Causa dubij est diuersitas sanctorum doctorum: qui in multis auctoritatibus dicere videntur. quod non sit curandum de fama; dummodo peccatum non sit in conscientia. Nam dicit beatus Augustinus ad clerum Hipponensem. Quid obest homini, quod ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia: si de libro viuentium non deleat eum iniqua conscientia? vt etiam

alle-

allegatum est supra primo capitulo. Idem Augustinus ad Secundinum Manichęum. Quicquid libet sola me in oculis Dei non accuset conscientia. Et Gregorius Constantino Episcopo Mediolanensi. In cunctis, quę in hac vita aduersa proueniunt: sola est (sicut nostis) omnipotentis Dei districtio pensanda: atque ad cor proprium concurrendum, vt nullius ibi lingua replicet, vbi conscientia non accusat, quem enim conscientia defendit, liber est inter accusationes, & liber sine accusatione esse non potest: si sola, quę interius adijcit conscientia accuset. Et iterum Gregorius inter verba laudantium siue vituperantium, ad mentem semper recurrendum est; & si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur: magnam tristitiam generare debet. Rursus si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur: in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim si nos homines non laudant, & conscientia nos liberos demonstrat? habemus Paulum dicētē. Gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ nostræ. Iob quoq. dicit. Ecce in cœlo testis meus, & cōscius meus in excelsis. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde: dimittamus stultos foris loqui quicquidvoluerint. Ex his sententijs videtur non esse curādū de infamia, vbi alicui cōstat de cōscientia bona. Ex aduerso est beatus Aug. in sermone de communi vita clericorum dicēs. Nolo vt aliquis de nobis inueniat male viuendi occasionem. Prouideamus enim bona, vt ait Apostolus non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. propter nos conscientia nostra nobis necessaria est; propter nos fama nostra non pollui, sed pollere debet in nobis. Conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. Qui fidens est cōscientiæ suæ, & negligit famā suam, crudelis est. Et iterum alibi Augustinus. Non sunt audiendi viri siue fœminę, quæ quando reprehenduntur de aliqua negligentia, per quam fit, vt in malam veniāt suspicionem: vnde suam vitam longe abesse sciunt: dicunt, coram Deo sibi sufficere conscientiam: æstimationem hominum non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentes; cum occidant animas aliorum siue blasphemantium viam Dei: quibus secundum suam suspi-

Greg. *Paulus* *Iob 16* *Aug.*

suspicionem, quasi turpis quæ casta est, despicitur vita sanctorum: vel etiam cum excusatione imitantium, non quod vident, sed quod putant. Roborat dicta præfata textus sacræ paginæ, qui dicit. Vnicuiq mandauit Deus de proximo suo: vt scilicet ei prosit verbo & exemplo. Auctoritatum talium varietatem & quemlibet nodum soluit sanctus Thom. quodlib 10. articulo. 13. Vtrunque, inquit, scilicet contemptus famæ, & appetitus potest esse laudabile, & vitiosum. Fama enim non est necessaria homini propter seipsum; sed propter proximum ædificandum. Appetere igitur famam propter proximum charitatis est. Appetere vero propter se ipsum, ad inanem gloriam pertinet. Et econtrario contemptus famæ ratione sui ipsius humilitatis est: ratione vero proximi ignauiæ est, & crudelitatis. Illi ergo, quibus incumbit ex officio, vel ex statu perfectionis aliorum saluti prouidere, peccant, nisi infamiam propriam iuxta posse repellant. Alij vero quibus magis custodia suæ salutis imminet, possunt suæ humilitati prouidentes, famam vel infamiam contemnere. Sed cum infamia dupliciter repellatur: scilicet occasionem subtrahendo, & linguas detrahentium compescendo. Primo modo tenentur omnes infamiam vitare: alias sine scandalo actiuo transire non possent, quod semper est peccatum. Sed secundo modo non tenentur, nisi quantum debet aliquis saluti proximi prouidere. Et hoc est, quod Gregorius in Homelia super Ezechielem dicit. Linguas detrahentium sicut non debemus nostro studio excitare, ne ipsi peccent: ita per suam malitiam excitatas, debemus æquanimiter tollerare; vt nobis in meritum crescat. Aliquando etiam compescere, nedum de nobis mala disseminant: eorum, qui nos ad bona audire poterant, sibi in primis moribus, qui remanentes, bene viuere contemnant. Ex his patet solutio ad obiecta. Et patet, quod contemnere infamiam aliquando est humilitatis actus. Vnde in vitis patrum, legitur de multis sanctis patribus, qui propriam infamiam sustinebant non repellentes eam. Sic sancta Marina virgo sub virili habitu monacha Deo seruiens, falsè accusatur à Pandocii filia per militem impregnata: quam infamiam susti-

S.Tho. Nota. Marina.

ſuſtinuit Marina quinquennio pœnitentiã agens ante fores monaſterij ſui, poſt quod tempus, viliſſimis in monaſterio mancipata ſeruitijs ſtatim Deo ſpiritum reddidit; lotioneque ſui corporis & obſeſſione dæmonis rea prodente facinus proprium: virginis innocentia purgata eſt. Sic etiam ad tempus beata virgo Eugenia, Philippi rectoris Alexandriæ nobiliſſimi Romani filia, fecit: quæ cũ Protho, & Hyacintho degens ſe Eugenium vocans in monachali habitu, in monaſterio latitans, tandem in abbatẽ electa, à Melantia fœmina in Alexandria ditiſſima, accuſata eſt, quod cum ea ſtuprum voluiſſet committere: ſed cum res publico iudicio ignis purgari deberet, & incendio: beata virgo ne religionis ſtatus eius infamia decreſceret: tandem patri iudici, fratribus, & cognatis pręſentibus ſe prodidit, quod eſſet innocẽs pariter & fœmina: ſicq. patrem, & conſanguineos, ac penè totam Alexandriam fidei Chriſtianæ coniunxit: vt docent eiuſdem virginis geſta. Eugenia.

An ſcire quis poſsit ſe habere bonam conſcientiam, & ſeptem gradus eius. Cap. VI.

ALtera proinde ex ſupradictis naſcitur quæſtio. Vtrum quis ſcire poſsit an bonam habeat conſcientiam? Reſpondetur, quod hæc eadem quæſtio eſt, cũ alia, qua quæritur vtrum quis ſcire poſsit ſe habere charitatem. Igitur vtendo Alexãdro de Ales in ſumma ſua diſtinctionibus. Alen. Notandum, quod ſeptem ſunt differentiæ hominum. Quidam ſe putant habere charitatem & cõſcientiam bonam: ſed neutrum habent. Alij ſciunt, quod non habent talia. Alij dubitant. Alij opinantur, quod charitatem habeant, & bonam conſcientiam. Alij experiuntur, ſed non habent de hoc ſcientiam. Alij hoc ſciunt per reuelationem tantum. Alij vero per caſum.

Primi ſunt infideles plurimi, & hæretici: immo etiã quidam Chriſtiani tepidi, qui non luſtrantes ſuam conſcientiam ex craſſa ignorantia, peccata quædam mortalia communia non habentes pro mortalibus in peccatis gra-

tibus perseuerant;& Eucharistiæ Sacraméto indigne par ticipât: quod ne fiant dicit Apostolus prima ad Corinth. 11. Probat autem seipsum homo,&c. In eadem cæcitate infidelitatis fuit aliquando idem Apostolus; qui iam captus à Romana militia Hierosolymis, Iudæos, quorum petitione captus est;sic alloquitur. Ego enim conscientia bona conuersatus sum ante Deum vsque in hodiernum diem: qui tamen persequebar prius Ecclesiam Dei.

Secundi sunt: qui sciunt se habere non bonam consciẽtiam: vt ii, qui sciunt se esse in proposito peccandi mortaliter, aut in peccatis, tales manent in impœnitentia. Ad tales etiam loquitur Eccle. 7. Scit conscientia tua quia & tu crebro maledixisti aliis.

Tertij sunt, qui dubitant se habere conscientiam bonã: videlicet ii, qui habent rationes æque fortes ad hoc, quod sint in gratia sicut ad oppositum. sicuti quando vident se esse tepidos, in amando Deum; & non habent affectum orandi: videntque ex opposito, quod nullam habent voluntatem peccandi mortaliter. Est enim dubitatio intellectus,& inter vtranq partem contradictionis, quædam vacillatio: tales dicere possunt cum Apostol. Nihil mihi conscius sum: sed in hoc non iustificatus sum: qui autem me iudicat dominus est. 1. Corinth. 4.

Quarti opinantur bonam conscientiam se habere,& se esse in gratia, in qua etiam probabiliter sunt; sicut illi, qui habent rationes ad hoc;& ad suum oppositum: sicut quando in vna parte vident se feruentes in amore Dei,& lugẽtes pro peccatis;& ex opposito sentiunt rebellionem carnis ad spiritum & fragilitatem. Est enim opinio vnius partis contradictionis, cum formidine alterius partis. Talis beatus Iob fuisse videtur, qui ait. Iob. 9. Verebar omnia opera mea sciens, quia non parceres delinquenti. vbi glo. Bona quidem erant opera; sed adhuc timenda, iis qui volunt vere Deo placere. Quia duo in bonis cauẽda sunt. desidia & fraus. Desidiam facit minor amor Dei; fraudem proprius amor sui; dum pro bene actis, tacita, vel aliqua humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel cum quælibet res alia, exterior desideratur. Sed beatus, qui excutit manus suas ab omni munere, cordis, manus,& operis. Cir

Opniio quid.

Desidia et fraus

ea hoc timor habendus est, quia innuit, quod non parceret, vnde sequitur. Sciens quod non parceres delinquenti.

Quinti experiuntur se habere gratiam, & bonam conscientiam, sicut illi; qui sentiunt dulcedinem diuinę bonitatis in oratione: & gustant, quam suauis est Dominus. propter quod Propheta notanter ait. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Beatus vir, qui sperat in eo: spe videlicet tali, quæ est bona conscientia. Gustate, inquit, & videte, Quia duplex est in anima scientia; scilicet cognitiua, seu speculatiua, & experimentalis. de speculatiua statim infra dicetur. Experimẽtalis siue affectiua sciẽtia, causatur ex re, quæ est, & sentitur in affectu. Res enim gratiæ potest sentiri seu experiri. Nam res gratiæ facit se notam in affectu, sicut dulcedo in gustų. sed hæc cognitio per experientiam non est per medium infallibile, sicut scientia speculatiua: sed per medium fallibile. Vnde hæc cognitio est per signa. Propter quod etiã recte, ait Hypp. in primo Aphori. Ars longa, vita breuis, indicium difficile, tempus acutum, experimentum fallax. Quod autem de bona conscientia, seu gratia vel charitate queat haberi experimentalis scientia: probatur auctoritate Christi, apostolica, & ratione. Nam Apoca. secundo dicitur. Qui habet aurem audiendi audiat, quod spiritus dicat Ecclęsiis. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo calculum candidum: & in calculo, idest in carbunculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi, qui accipit. Manna abscõditum est Christus, in domo habitans conscientiæ. Calculus candidus est habitus charitatis: quæ charitas ardet, lucet, & inundat sibi, & proximo. Nomen autẽ nouum huic charitati insitum est, quo filij Dei per adoptionem efficimur. Annuit idem expressius secundo Corinth. vltimo. Si estis in fide Christi, ipsi vos probate; an non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus IESVS est in vobis, nisi forte reprobi estis? Spero autem, quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. *Hypoc.*

Accedit ad idem ratio. Gustus enim bene dispositus non potest non sentire dulcedinem sibi coniunctam in corporalibus: ergo pariformiter in spiritualibus anima bene di-

ſpoſita non poteſt non ſentire diuinam dulcedinem ſibi coniunctam. Senſus enim diuinæ dulcedinis eſt per gratiam: de qua Propheta miratur dicens. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti timentibus te.

Sexti ſunt qui ſciunt, ſed ſolum per reuelationem: non per ſpeculatiuam ſcientiam, ſe habere bonam conſcientiã. De quibus prima Io. capitulo quarto. In hoc ſcimus: quia in Deo manemus; & ipſe in nobis: quia de Spiritu Santo ſuo dedit nobis. Et Apoſtolus ad Rom. octauo. Certus ſum, quia neq. mors, neq. vita, neq. angeli, neq. principatus, neq. virtutes, neq. inſtantia, neq. futura, neq. fortitudo, neq altitudo, neq. profundum, neq. creatura vlla, poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Scire tamen non poſſumus ſecundum communem legem an in Dei charitate ſumus, ſcientia ſcilicet ſpeculatiua: quia hæc ſcientia eſt per cauſam rei, vel per rationem, vel etiam per effectum. Sed cauſa gratiæ, non cadit ſub cognitione noſtra ſimpliciter, nec eius effectus: vt videbitur, & partim viſum eſt. Similiter gratia, dicit comparationẽ ad acceptionem Dei. Vnde ponit ipſam acceptionem in Deo, Hoc autem modo non poteſt cognoſci à nobis: & ideo non cognoſcitur ſcientia ſpeculatiua certitudinaliter: poteſt tamen ſciri ab aliquo ſcientia effectiua: quia hæc eſt per experientiam rei in effectu. Vnde hæc ſcientia de re ſeu per rem: & non ſecundum rationem, vel comparationem, quam habet ad aliud, vt oſtenſum eſt.

Septimi igitur ſunt, qui ſciunt per cauſam rei, vel rationẽ rei: vt ij, qui eſſentiam Deí clare in hac vita viderunt: vt in Veteri Teſtameno Moyſes, in Nouo Apoſtolus Paulus. Quid inquit, Gregorius ſecundo Dialogorum eſt, quod non videant, qui videntem omnia vident?

Per

Per quæ signa quis cognoscere poßit se habere bonam conscientiam. Cap. VII.

DIctum est, quod quis experiri potest per signa, an habeat gratiam vel bonam conscientiam, Modo videndum, quæ sunt ista signa. Vbi sciendum quod Doctores sancti alia & alia ponunt signa: nam Chrysost. ponit quinque. Sanctus Thom. ponit quatuor, & Alexan. & Chryso. super Matth. Homelia tertia, ponit quinq. vel quatuor. quæ habes parte secunda, capitulo octauo. S. Thomas in iiij. distinct. xix. ponit quatuor, sub his verbis. Quod, inquit, aliquis omnino a peccatis sit immunis, per certitudinem sciri non potest, primæ Corinth. quart. Nihil mihi, conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Potest tamen de hoc haberi aliqua coniectura: præcipue per quatuor signa, sicut Bernardus dicit. Primo quando quis deuote verba Dei audit, Quia qui ex Deo est, verba Dei audit. Ioannis octauo. Secundo quando quis se promptum ad bene operandum inuenit: quia probatio dilectionis exhibito est operis: vt dicit beatus Gregorius. Tertio, cum quis a peccatis abstinendi propositum in futuro assumpsit. Quarto cum de præteritis dolet, quia in his vera pœnitẽtia secundum Gregorium consistit. Vnde siquis per huiusmodi signa, facta diligenti discussione suæ cõscientię, quamuis recte non sufficienti: etiam ad sanctissimum corpus Christi sumendum accedat deuote, aliquo peccato mortali in ipso manente: quod eius cognitionem præter fugiat, non peccat: immo magis ex virtute sacramẽti, peccati remissionem consequitur. Vnde Augustinus dicit in quodam sermone, quod quando corpus Christi manducatur, viuificat mortuos. Alexand. de Ales in summa ponit tria experimenta gratiæ; quibus (vt dicit) potest quis experiri se habere gratiam, quæ habemus in Psalm. Cum inuocarem: vbi fit quæstio, multi dicunt, quis ostendit nobis bona; idest homines quærunt à fidelibus. Vnde certi sunt, quod sint accepti Deo Et Propheta respondendo colligit tria ex quibus colligitur experimentum, per quod sciunt, quod sint accepti Deo: & quod habent gratiam.

Christ. Thom. Alexā. Bernā. Primo. Secundo. Tertio. Quarto. Grego. Vera pœnitent. Augu. Alex.

Primũ. Primum est, cum dicit. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine. Secundum. Dedisti lætitiam in corde meo. Tertium. In pace in idipsum. Hæc sunt tria, ex quibus colligitur experimentum gratiæ. Videlicet. Lumẽ, lætitia, & pax. Lumen apud vim rationalem. Pax apud irascibilem. Lætitia apud concupiscibilem. Quando enim ista tria sunt in anima sancta secundum istas tres vires, & vere, & certum experimẽtum est, quod anima habeat gratiam. Bene dico, vere, quia per hoc differt anima sancta ab anima hæretica: quia anima sancta habet ista vere, quãdo habet gratiam: sed anima hæretica non. Vnde nunquã habet lumen verum in rationali, nec pacem veram in irascibili, nec veram lætitiam in concupiscibili, sicut habet anima Christiana perfecta: quæ habet lumen veritatis radiantis super vim rationalem, quo mirabiliter declaratur ratio. Anima vero pagani, vel hæretici, vel cuiuslibet infidelis: non habet lumen nisi sophisticum; sicut est lumen in somniando. Similiter non habet veram lætitiam in corde: quia sicut dicitur prima Thimot. quarto. Omnes habent cauteriatam conscientiam. Similiter nec veram pacem habent in irascibili quia sicut dicit Esai 58. Impiis non est pax. Vnde sicut in paralitico videmus, quod in ipso est infirmitas, non tamen sensus doloris: sed in ipso fit materia doloris. In ægro autem non paralitico est materia doloris, & sensus doloris. Sic infidelis habet materiam doloris: non tamen sentit dolorem. vnde est velut paraliticus. In anima vero fideli sana; idest sancta & perfecta non est materia doloris: nec sensus doloris. In anima vero fideli, sed ægra: scilicet per per peccatum est

Secun.

Tertiũ.

Augu. materia & sensus doloris: sicut dicit Augustinus. Melior est natura, quæ est cum sensu doloris; quam quæ est sine sensu doloris; & hoc maximo, quando habet materiam doloris. Et popter hoc, si pax sit in infideli, vel hæretico, hoc non est nisi sicut quies in paralitico, quæ non est ibi vere; sed dolor ibi est: licet non sentiatur. Ex quibus etiam patet quorundam obiecto inefficax, qui dicũt, quod in pagano & infideli sæpe est iucunditas conscientiæ: bonum desiderium; & feruor ad bona opera, quæ videntur esse signa gratiæ. Respondetur eisdem: quod tantum

tum

tum differt iucunditas animæ infidelis, à iucunditate animę fidelis: quantum distat iucunditas fantastici, vel somniantis à iucunditate vigilantis. Vnde in ipsis non est vera iucunditas, quæ est ad experimentum ad hoc, quod aliquis sciat se habere gratiam.

De tribus signis optimis bonæ conscientiæ. Ca. VIII.

NVnc præter ea secundum omnes Doctores, consolatoria bonæ conscientiæ sunt tria. Primum contritio vera pro peccatis. Secundum, confessio sacramentalis Tertio, communio Eucharistiæ effectualis. Primum est bonum. Secundum melius. Tertium, si bene fit, est optimum. Primum declarat & practicare docet; Io. de Cābaco libro de culpa & gratia. quæst. 9. dicens. Generalis contritio maxime, quando pro loco & tempore implicat peccatum specialiter occurrens: sufficit ad hoc, quod quis sit in gratia Dei. Verbi gratia: quando peccato speciali occurrente verificatur hæc, vel similis oratio. O Deus de hoc peccato, & de omni peccato, quod contra te vnquam commisi, doleo, quantum est contra te. Immo probat ibi latissime hanc conclusionem. videlicet, quod extra casus, in quibus peccatori incumbit singula peccata mortalia confiteri: nunquam necessaria est actualis cōtritio de singulis vel etiam rememoratio de singulis, vel singulorum. Ad idem videtur esse Sanctus Thomas q. 5. in de veritate, sic dicens. Ad iustificationem peccatoris non requiritur, quod in ipso iustificationis momento aliquis de peccatis singulis cogitet, sed sufficit quod cogitet de hoc, quod per culpam suam est auersus à Deo. Recogitatio autem singulorum peccatorum debet vel præcedere, vel saltem sequi iustificationem. Hæc Thom. Ad idem est Cancellarius Parisiensis in suo tripartito sic dicens. Sentiens misericordiosissimus pater, & cognoscens nostrā fragilitatem per maximam, & ad malam pronitatem, multiplicibus viis ĩ mortali vita durante: paratissimus est nobis delicta remittere, & gratiam conferre; si duntaxat veraciter, & ex corde, sibi tres subscriptas veritates porrigamus. Prima veritas, Domine, si sic, vel sic contra

Primū. *Secun.* *Tertiū.* *Oratio.* *Prima veritas.*

bonitatem tuam peccaui, mihi displicet, ratione etiam cu ius pœnitentiam ago, quia te offendi: qui totus es venerãdus, & colendus; quodque mandatum tuum transgressus sum. Secunda veritas est. Domine bonum habeo propositum, & desiderium, tuo iuuamine mediante, in futurũ præcauendi, ne incidam in peccatum & occasiones iuxta possibilitatem virium euitandi. Tertia veritas. Domine bonam habeo voluntatem peccatorum meorum confessionem integre faciendi pro loco & tempore, secundum tuũ & sanctæ matris Ecclesiæ mandatum & præceptum. Has veritates quisquis qualicumq. loco & tempore synceriter: non ficte, aut mendaciter, ex corde pronunciauerit: securus existat in salutis & gratiæ statu se consistere: & vitã æternam mereri: quamuis omnia crimina commisisset. Si etiam talis absq. vlla confessione continuo discederet in absentia sacerdotis, dormiendo aut alio quocunq. modo morte subita præuẽtus: idem finaliter saluaretur acerbissima purgatorij pœna mediante. Ex quo notandum & salubre consilium elicitur: vt Christianus singulis diebus bis vel semel sero, aut mane, aut saltem festiuis diebus redeat ad cor suũ, conscientiam examinans: an tres præmissas veritates proferre valeat cum cordis synceritate; sicque intra statum salutis se esse confidat. hæc de cancellario. Nec mirum, si ad pœnitentiam de peccatis Deus gratiam infundit, dimittendo peccatum: cum ipse Propheta dicat. Dixi confitebor aduersum me, &c. Cum etiam decem leprosi euntes, vt ostenderent se sacerdotibus, mundati sunt: antequam se actu sacerdotibus præsentarent. Vnde etiam Magister sentent. Ezech. 28. sic allegat ad propositum. Quacunq. hora peccator conuersus ingemuerit saluus erit. Non dicitur: Ore confessus fuerit, sed conuersus ingemuerit. Huic consonat dictum Alberti trigesimo quarti scripti distinct. 16. exponentis illud verbum Augustini in litera, paueat etiam pœnitens ne prius ad domini corpus accedat: quam conformata sit bona conscientia. Vult inquam dicere: quod omnis bona conscientia adulti hominis habens gratiam, est conformata: quia actus cõtritionis detestans peccatum est actus meritorius: similiter actus fidei in Deum, & huiusmodi. Et illis actibus mouetur

Secunda veritas. *Tertia veritas.* *Ratio.*

...do iustificatur: & sic statim post primum momentum contritionis, conformatus est bona conscientia, per opus interius meritorium: licet non exterius.

Secundum consolatorium conscientiæ & efficacius; est confessio sacramentalis. Nam secundum S. Tho. & Scot. super quarto sententiarum. Confessio inter alios effectus, hunc habet; quod si dolor contritionis pœnitentiæ non fuisset sufficiens, tunc confessio & absolutio sacramentalis pœnitentiæ superueniens, eius suppleret deffectũ: quia cum ipsa attritione de se in sufficiente: sufficienter deleret omnem mortalem culpam: dummodo ipse pœnitens tunc non ponat obicem gratiæ, per commissionem actualis peccati mortalis. Vnde quando Dauid coram Nathan, confitebatur peccatum suum dicens, peccaui: statim Propheta ex parte Dei dixit. Transtulit Dominus peccatum tuum. 2. Regum. 13. *Thom.* *Scot.*

Quorum ratio est; quia peccator ad hoc, quod recuperetur gratiam & sibi dimittantur peccata; non requitur secundum prædicta, nisi quod cum aliquali detestatione esset; si illa de se insufficiens sit: non ponat obicem gratiæ pro tunc. De hoc autem potest homo, cum confitetur, probabiliter valde securus esset: quia potest valde probabiliter scire: scilicet tempore confessionis & absolutionis se non peccare mortaliter: & se detestari sua peccata: immo Scot. super quarto dicit. Via ista, qua homo confitetur sacramentaliter est magis in portante hominis, & certior ad gratiam primam recuperandam: quia ibi non oportet nisi non ponere obicem ad gratiam: quod multo minus est, quam habere aliquam actionem, quæ per modum meriti de congruo sufficiat ad iustificationem impij: sicut fieri oportet in contritione. Vnde dicit beatus Augustinus & allegatur a Magistro in tertio dist. 16. vt paulo ante dictum est: paueat: scilicet pœnitens ne prius ad dominicum corpus accedat, quam conformatus sit bona consciẽtia. Super quo verbo dicit idem Alber. Homo habens gratiam vel præsumens ex probabili signo se habere gratiã, potest accedere ad corpus Christi. Signum autem probabile est, inquit, si est confessus: & si dicit sibi conscientia, quod pro nulla re vult amplius peccare, & pœnitentiam *Scot.* *Aug.* *Alber.*

debito


Vuilhe. debito tempore libenter suscipere. Ad idem est constantissime Vuilhel. Parisien. in suo speciali tractatu de Sacramento Pœnitentiæ capitulo penultimo; vbi docet confessorem, quomodo antequam peccator cõfiteri incipiat, eum alloqui debeat, sicut pater euangelicus filium inuentum, qui perierat. Si inquit, in hoc proposito venit ad cõfessionem, scilicet vt committat & tradat se beneplacito Dei, & hoc ex amore eius. Si se totum paratus est dare & tradere miserationi Dei, & hac causa ne eius offensam incurrat, vt in amorem & gratiam eius redeat: mortis in se vincula dirupta esse cognoscat. Si tantum sui amorem largitus est ei clementissimus Deus; vt se toto studio beneplacitum eius paratus sit facere pro consilio sacerdotis. Cui anima eius curanda, & regenda à Deo commissa est. nullatenus de salute eius dubitet. Quis enim dubitet huiusmodi pœnitentem Deum plenissime possidere? Hæc ille. Et doceat ibi etiam ante confessionem inchoatam; pœnitentem Deo gratias de hoc referre, à quo omne bonũ; & postea distincte confiteri peccata sua.

Tertium consolatorium conscientiæ, optimum est post contritionem & confessionem Eucharistiæ sacramentum sumere: quod sacramentum habet etiam mortuos suscitare, vt ex Sanctus Thomas, potuit capitulo præcedenti. Et sic patet prima pars huius tractatus.

TRA-

TRACTATVS SECVNdus de conſcientia, prout dicit certitudinem.

Quid ſit conſcientia, prout dicit credulitatem fixam & quomodo originatur per ſyllogiſmum practicum. Quid ſit ſyndæreſis: quid ratio inferior & ſuperior, & eorum differentia à conſcientia.



HACTENVS Dictum eſt de conſcientia recta & bona: prout ſumitur pro ſpe bona, quam quis habet de Dei amicitia. Nunc vero reſtat loqui de conſcientia recta, & erronea magis proprie dicta: prout ſumitur, quo ad actũ aſſenſus vel credulitatis, & ſic dicitur conſcientia eſſe aſſenſus vel credulitas intentionis ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Vnde illo ſecundo modo conſcientia dicitur quaſi cum alio ſcientia. Quia ſcienia vniuerſalis ad actum particularem applicatur; vel etiam quia per eam aliquis ſibi conſcius eſt eorum, quę facit vel facere intendit: propter hoc etiam interdum dicitur ſententia vel dictamen rationis. Pro quorum intellectu notandum: quod iſta quatuor differunt. Syndæreſis. Ratio ſuperior. Ratio inferior, & conſcientia, vt docet S. Tho. in ſecundo diſtin. 39. Nam ſyndereſis eſt vis animæ motiua; quę ſemper eſt nata figi in ſuperioribus: naturaliter mouens & ſtimulans ad bonum, & abhorrens malum, quæ Syndereſis aliquando lex rationis, aliquando etiam conſcientia nominatur. De quibus Ro. ſecundo dicitur. Eiuſmodi legem non habentes: ipſi ſibi ſunt lex. Aliquãdo autem dicitur alio nomine, ſcilicet ſcintilla rationis; & conuenienter quidem; quia

Credulitas. *Synderoſis.* *Ratio ſuperior.* *Ratio inferior.* *Conſcientia diffinitio ſynderoſis.*

quia ſicut ſcintilla eſt modicum quid ex igne euolans. Itẽ hæc virtus eſt quædam modica participatio intellectualitatis reſpectu eius, quod de intellectualitate in Angelo

Hiero. eſt. Vnde beatus Hieronymus in gloſa ſuper Eze. primo dicit: quod per aquilam ſignificatur, quæ vt cætera animalia in volando tranſcendit: ita hæc virtus tranſcendit rationalem, quæ per hominem figuratur. Et concupiſcibilẽ quæ per leonem. Hanc ſynderesim ideo Deus poſuit in homine, vt ſeruetur ordo, & connexio rerum. Nam ſecun-

Diony. dum Dionyſium ſeptimo capitulo de diuinis nominibus: diuina ſapientia coniungit principia ſecundorum vltimis primorum. Angelus autem eſt intellectualis naturæ non rationalis cum diſcurſu: & iſti naturæ homo per ſyndæreſim appropinquat & coniungitur. De qua in Pſal. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, &c. Hæc ſyndæreſis ſiue habitum nominet, ſiue actum. naturaliter inclinat ad bonum ſemper, & remurmurat malo: ſicut econtrario ſenſualitas ſemper inclinat ad malum, & nunquam ad bonum. Ideo etiam ſyndæreſis vocatur lex naturæ pro

Lex natura. ut à natura id eſt. Syndæreſis vero dicitur, ſecundũ quod inclinat ad operatiua; & quemadmodum intellectus principiorum eſt quo ad ſpeculatiua: ita ſyndæreſis ad operati

Exemp. ua inclinat principia. Exemplum de ſpeculatiuis: vt omne totum eſt maius ſua parte quolibet eſt, vel non eſt. De operatiuis autem: vt nullum malum eſt faciendum: bonũ eſt proſequendum. Quod tibi non vis fieri, rationabiliter & ex debito alteri ne feceris. & ſimilia. Hæc præterea ſyndæreſis in nulla rationali creatura, vel intellectuali extinguitur totaliter: immo nec in damnatis. De quo Iſaiæ vltimo. Vermis eorum non morietur. Quamuis enim in damnatis ipſa ſyndæreſis quo ad diſplicentiam mali culpæ, abſolute conſiderare, & quo ad complacentia boni ſit extincta: tamen ſecundum quod culpa comparatur ad pœnam, ſic in eis extincta non eſt, quia habent diſplicentiã mali in collatione ad pœnam. Et ſic patet quid ſit ſyndæ

Ratio ſuperio. reſis. Ratio vero ſuperior, vt tradit beatus Auguſtinus li-
bro ſecundo de Trinit. Eſt actus rationalis potentiæ, quæ

Auguſt. ſumit conſilium ex rationibus æternis & diuinis: & partim eſt ſpeculatiua: & partim practica. Speculatiua dicit:

hoc

hoc est credendum, quia Deus reuelauit. Practica vero dicit, hoc est faciendum: quia Deus præcepit; aut cauendũ, quia Dei offensionem patit: & huiusmodi. Propter quod beatus Augustinus vbi supra cap. 18. & tertio dicit; quod ratio superior supernis conspiciendis intendit, & supernis consulendis. Primum quo ad speculatiuam. Secundum quo ad practicam. Ratio autem inferior est actus potentiæ rationalis; quæ sumit consilium ex rationibus rerum temporalium; vt hoc est dimittendum: quia est superfluũ vel diminutum: vel faciendum; quia vtile vel honestum, & sic de aliis cõditionibus; quas moralis philosophus pertractat. Vnde ratio superior sapientiæ deputatur: sicut inferior scientiæ. Et tamen superior ratio & inferior non sunt duæ potentiæ; sed rationis duo officia. Porro consciẽtia prout secundo modo sumitur, est assensus conclusionis elicitæ in syllogismo practico vel speculatiuo in quo synderesis maiorem: ratio minorem : & conscientia format conclusionem. Pro cuius latiori intellectu notandum est: quod ratio in eligendis & fugiendis, quibusdam syllogismus vtitur. In syllogismo autem est triplex consideratio: secundum tres propositiones, ex quarum duabus tertia cõcluditur. Ita contingit in proposito. Nam ratio in operandis ex naturalibus principiis ex lege naturæ seu syndæresi, assumit circa particularia iudicium : puta nullum malum culpæ est faciendum; & similia. Tunc lex naturæ seu syndæresis in syllogismo conscientiæ; maiorem ministrat; sed minorem addit ratio naturalis inferior vel superior; scilicet hoc est malum culpæ; sed consideratio conscientiæ. Vnde conscientia indifferenter de præsenti peccato vel futuro facto remurmurat. Ex quibus patet, quid sit conscientia in proposito. Et de tali conscientia in proposito, plurimi loquuntur moderni Doctores, præsertim circa secundum distinctio. 38. & alibi, speculatiue de eadem materia determinantes.

Practic *August.* *Ratio inferi.* *Cõsciẽtia.* *Syllogismus.*

Quid sit recta conscientia & erronea: et quomodo oritur eius error. Cap. II.

Est autem hęc conscientia duplex, scilicet recta & erronea. Recta est assensus conclusioni s debite illatę ex pręmissis veris in syllogismo presertim practico: vbi maior procedit ex synderesi, vel ex ratione, vel fide cognitis: & in minore per ratione superiore vel inferiore vere & debite subsumitur, vt omne Dei pręceptū est faciēdū: hoc est huiusmodi: videlicet diligere Deū super omnia, ergo Deus est super omnia diligēdus. Cōsciētia autē erronea, vt dicit beatus August. & habetur dist. 38. Vbi supra, tunc in aliquem cadit: quando in agendo intellectus aliquid pro vero approbat, quod falsum est: aut e contrario pro falso approbat, quod verum est. Et fit quando in syllogismo conscientię, in minore false vel male subsumitur, quia tunc erronee & false concluditur. Causa autem, quare cōscientia errare potest, est ista: quia conscientia formatur ex assumptione alicuius particularis propositionis sub vniuersalibus regulis operandorum. Propositio autem, quę assumitur, seu subsumitur non est per se nota, vt sunt vniuersalia principia agendorum: sed innotescit per fidem vel inquisitionem rationis, & ideo circa eam, & circa cōscientiam ex eius assumptione formata contingit error, vel quia fidei non essentitur, non enim omnium est fides secunda Thessal. 3. Vel quia ratio conferrens & inquirēs decipitur: quandoq. quidem ex inconsideratione eorum, quę inquirenda sunt, & consideranda, quandoq. vero ex passione abducente iudicium rationis: quandoq. etiam ex habitu malo vel erroneo, exempli gratia. Lex tradit vniuersale principium, circa quod non contingit errare: scilicet quod illicitum non est faciendum. Hęreticus autem assumit, quod iuramentum est illicitum: ex eo quod scriptum est. Mattheus quinto. Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Ex quo sequitur conscientia erronea: scilicet quod nullo modo est iurandum; decipitur autem conscięntia; quia non confert illud dictum scripturę ad alia; in quibus conceditur iuramentum tanquam licitum. Patet

Consciētia erronea.
Augu.
Exemp.

ergo

ergo quod conſcientia errare poteſt. Et per idem patet, quod ſyndęreſis errare non poteſt. Reſpicit enim ſyndęreſis vniuerſalia principia agendorum, circa que non contingit mente errare, ſicut nec circa prima principia in ſpeculabilibus. Et ſicut prima principia in ſpeculabilibus nō ponit eſſe falſa; eo quod immediate illuſtrantur lumine intellectus agentis; ſic & prima principia in operabilibus; circa quę eſt ſyndęreſis, erronnea eſſe non poſſunt, quia etiam immediate ſequuntur lumen intellectus agentis, de quo Pſal. Multi dicunt quis oſtendet nobis bona? & reſpōdetur ſignatum eſt ſuper nos, &c. Notandum tamen, quod proprie loquendo, non omnis error circa iudicium agendorum, eſt error conſcientię. Errant enim omnes, qui operantur malum; ſed in ſolis ex habitu peccantibus eſt error conſcientię. In peccantibus vero ex paſſione eſt ratio aliqualiter recta. Vnde ignorantia electionis, quę eſt in eis, de quo poſtea patebit, non eſt error conſcientię; quia conſcientia ſolum dicit illud iudicium, quo intellectus iudicat aliquid eſſe bonum, vel malum, quantum ad Deū, & bonos mores. Vnde incontinens quando ſcit fornicationem eſſe malam, & nihilominus paſſione ductus eligit eam tanquam bonam; conſcientia ſua nō errat; immo ſciēter facit contra conſcientiam rectam. Ex quibus iterum patet, quod triplex poteſt eſſe error, circa ſyllogiſmum practicum. Vnus eſt error electionis in eo, qui peccat ex paſſione obumbrante iudicium rationis. Alius eſt error credulitatis ſeu ſententię: quando quis aſſertiue inhęret concluſioni, quę conſcientia proprie dicitur conſcientia. alius eſt error dubietatis ſeu dubitationis: quando neutrā partem tenet cum certitudine, ſed de vtraq dubitat. De qua dicetur infra late parte. 3. cap. 1. & ſequentibus.

Triplex error conſciē.

Cur conſcientia ligat ſicut lex. Cap. III.

NVnc videndum eſt quomodo conſcientia ſe habentē ligat. Nā ſecundum omnium catholicorū doctorū ſententiā; capiendo cōſciētiā proprie pro credulitate; ſcilicet firma, qua quis ſe credit, ſub peccato ad aliquid tenēri; cōſcientia ſic ligat; quod ea non depoſita & ſtāte, homo

peccat, si contra eam faciat. siue conscientia sit recta siue erronea; vt patet rationibus & auctoritate. Vnde Apostolus ad Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est.

Orig. Origenes. Vbi vult Apostolus, vt nihil dicam, nihil cogitem, nihil agam; nisi secundum conscientiam. Et glo. super prædicto textu dicit. Omne etiam si bonum sit in se, quod non est ex fide: idest quod fit contra fidem; idest contra scientiam: vt credamus, malum esse, peccatũ est. Et iterum glos. ibidem; omne, quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. & Eccle. 7. Scit tua conscientia, quia tu crebro maledixisti aliis. glo. dicit. Qua scilicet conscientia iudice nemo nocens absoluitur. Patet etiam ratione. Nã conscientia, aut est recta, & tunc ligat aliqua lege; scilicet naturali, aut diuina, aut positiua. Aut est erronea, & tunc ligat etiam vel virtute præcepti, vel iussu Dei: licet per accidens: quia conscientia non dictat aliquid faciendum ea ratione, quod sibi videatur: sed hac ratione, quia sibi adeo iussum est vel præceptum. Et ita ratio pro tunc dictat se teneri ad aliquid Et quia hoc dictamine stante: voluntas non conformat se rationi; ideo actus voluntatis inordinatus est. Vnde quando conscientia hominis errat, dictando esse licitum, & esse faciendum sub debito, quod est de se peccatum, & quod scire tenetur, & quod scire potest: peccat faciendo secundum dictamen conscientiæ: quia ex ignorantia imputabili, peccat, perpetrando actum illicitum Et etiam tunc peccat non faciendo stante erronea conscientia: quia facit contra conscientiam; ideo conscientia dicitur habentem se ligare. Ligari enim dicitur moraliter, quia sic dispositus est circa aliquod agibile, quod in neutram partem potest licite declinare, ad modũ illius, qui ligatur corporaliter, qui nunquam potest procedere interim quod ligatus est. Nec tamen aliquis sic conscientia sic ligatus, est simpliciter perplexus, quia potest & debet conscientiam erroneam deponere licet sit perplexus secundum quid: idest interim quod retinet illam conscientiam erroneam; quam postquam deposuit, nõ peccat. Exemplum de eo, cui dictat conscientia, quod nunquam sit iurandum adueniente præcepto superiorum, in quo de dicenda veritate iurare debet; si iurat peccat, quia facit

contra

contra conſcientiam: ſi non iurat, peccat contra obedientiam. Circa præmiſſa occurrunt plura dubia. Primum dubium eſt de modo ligamenti conſcientiæ: & vtrum conſcientia erronea liget ad errorem deponendum. Reſpondetur, quod conſcientia erronea duo includit, errorem, ſcilicet & conſcientiam. Ratione primi ligat ad deponendum eam, vinculo diuini præcepti. ad Epheſi. quarto expreſſi: vbi ſic dicit apoſtolus. Deponentes vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Ratione vero ſecundi, ligat vinculo conſcientiæ ad faciendum quod debet: nec tamen eſt ſimpliciter perplexus: quia poteſt, & debet deponere illam. Et ille ſimpliciter non ligatur: & per prius & magis ad deponendum quam ad faciendum tenetur. Et ſi de illa per ſe neſciat iudicare, debet peritiores conſulere: vel vbi deeſt humanum conſilium: debet ſe per orationem ad Deum conuertere.

Plura dubia.

Reſpó.

Dubitatur ſecundo. Vtrum conſcientia erronea aliquando excuſet? Reſpondetur quod lex iniqua ſuum conditorem non excuſat: ſed potius condemnat. ſecundum illud Heſa.x. Ve qui conditis leges iniquas. Conſcientia autem erronea eſt lex iniqua: ab eo tamen condita, qui eam ſibi formauit: ideo ſimpliciter non excuſat, ſed magis peccatum facit, & aggrauat. Ad cuius euidentiam notandum, quod tripliciter errat conſcientia. Primo indifferentia iudicans eſſe præcepta, vel prohibita. Secundo econtrario præcepta, vel prohibita iudicans indifferentia. Tertio iudicans præcepta eſſe prohibitiones, vel è contrario. In primo caſu non excuſat; ſed illaqueat, & condemnat. In ſecundo & tertio caſu: nota quod conſcientia erronea duo includit: ſcilicet conſcientiā putatiuam & errorem. Ex primo excuſatur peccatum pro tanto: quia minus contē-

Triplex error conſcientiæ.

nit: exempli gratia, quando fornicari non credit esse peccatum: & ideo fornicatur: sed pro tanto aggrauat, quia libidinosius, & securius peccat. Vnde Hiere. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt, de secundo autem distinguitur. Cum enim omnis errans sit ignorans: vt dicit beatus Augustinus in Encheridion cap. xvii. Ideo quot modis contingit aliquem ignorare: toto modis contingit etiam errare. De quibus dicetur distinctus sequenti capitulo.

August.

Dubitatur tertio. Vtrum erronea conscientia plus liget, quàm præceptum prælati in indifferentibus, quæ præcipere potest? Sunt autem indifferentia, vt leuare festucam, & similia. Respondetur. Obediens prælato contra conscientiam, aut captiuat conscientiæ iudicium affectu, vel effectu, vt subdens præcepto prælati: aut facit contra conscientiam, a& ffectum voluntatis, obediens prælato timore animi, vel amore inordinato. In primo casu faciens contra conscientiã non peccat, sed meretur: licet non possit deponere conscientiam, sicut non potest respondere rationibus contra fidem: voluntatem tamen captiuans illi obediendo meretur. secundo Corinth. x. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. In secundo casu peccat: sed minus quam si faceret contra prælati præceptum, primo agens contra prælati præceptum magis contemneret deum, quia prælatum contemnit. non autem contemnens conscientiam erroneam cõtemnit deum. Vnde Bernar. in lib. de præcepto & dispen. dicit. Si tanto opera cauenda sunt scandala paruulorum; quanto amplius prælatorum: quos sibi deus coæquare quoddammodo in vtroq; dignatur: dum sibimet imputat, & illorum reuerentiam & contemptum: contestans eis: qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Secundo: quia talis plures, immo totum

tum

tum collegium offendit & scandelizat: quàm si contra conscientiam faciat. Tertio: quia se magis ad malum disponit: scilicet ad inobedientiam & rebellionem atq; ad sequendum proprium sensum: & ad peruertendum veritatis iudicium. de quo Isa. v. dicitur. Ve qui sapientes estis in oculis vestris.

Quod conscientia non in omni casu ligat. Quando autem liget, aut non: ostenditur ex modis ignorandi diuersis. Cap. IIII.

QVæritur etiam hic an conscientia erronea semper sic liget, quod in nullam partē possit homo licite declinare? Respondetur secundum sanct. Thom. prima quæst. lxxix. articu. xiii. quod non, huius ratio est: quia error conscientiæ aliquando est imputabilis consciētiato, sicut & ignorantia aliqua: puta inuincibilis vel ignorantia facti probabilis, quæ excusat totaliter a peccato: sic & error. Nam error ex ignorantia solet procedere. Ad sciendum autem, quando error conscientiæ liget, & quando non, & quando excuset a peccato: oportet præscire quando ignorantia excuset a peccato, & quando non. Cuius ratio est: quia ignorantia facit inuoluntarium in toto vel in parte, & per consequens excusat vel in toto vel in parte: cum nihil sit peccatum, nisi quia voluntarium, secundum beatum Augustinum, & par ratio est de errore. Considerandum igitur quod quātum in proposito sufficit. Quintuplex est ignorantia: scilicet circunstans vel concomitans: inuincibilis viris, seu vniuersalis facti, seu particularis, & electionis. Ignorantia concomitans actum seu circunstans: est de eo, quod agitur, & tamen si sciretur, nihilominus ageretur: & tunc non excusat peccatum, nec aggrauat, nec diminuit, quia non inducit ad volendum. Exemplum est de eo, qui

Augus.

Quintuplex ignorā.

vellet occidere hostem, sed ignorans occidere eũ putans occidere seruum. Signum huius ignorantiæ est, cum quis non pœnitet, qui actum peccati fecit. Ignorantia inuincibilis est, quæ non est in potestate alicuius. Vel fit ex ignorantia, seu nescientia alicuius circunstantiæ, absq; omni negligentia imputabili præcedente, vel vt alij dicunt, & in idem redit, est eorum, quæ nec tenemur, nec possumus scire. Vnde ignorantia, quæ est inuincibilis secundum se, & suam causam, excusat à toto, quia causat omnino inuoluntarium. Dicitur autem notanter & secundum se, & secundum suam causam propter ebrium ex ebrietate peccantem: cuius ignorantia est inuincibilis secundum se: quia tunc non potest iudicare quid agendum vel non agendum. Non tamen est inuincibilis secundum suam causam: quia potuit se non inebriare, & sic non ignoraret: vnde non est omnino excusatus. Hæc ignorantia in-

Alber. uincibilis secundum Alber. in summa: est multiplex: quia quædam est inuincibilis ex natura, sicut in amentibus & in melancholicis, & hæc in toto excusat. Alia est inuincibilis ex accidente: vt in ebrio, vel qui comederunt iusquiamum, vel cicutam, quæ ad insaniam deducunt. vel ex infirmitate aliqua. In quibus si quis dedit causam faciendo rem illicitam, non excusatur ex toto. Si vero rei licitæ dedito operam, excusatur in toto, quia tunc non est culpa, sed pœna. De hac

Vlri. ignorantia dicit concordando cũ præmissis Vlri. super secundo dist. xxij. & in summa sua lib. vi. Ignorantia, inquit, iuris vniuersalis est: vt si aliquis nesciret furtum esse peccatum, vel aliquid huiusmodi. Hæc ergo si omnino inuincibilis, & inuoluntaria, quia quis scire non potest: vt patet in pueris, & stultis à natiuitate: tunc excusat in toto. Similiter si quis de aliquo agendo dubio: magis peritos consulit, de quo nullam habet au-

ctoritatem

ctoritatem expressam: vtrum ita sit, vel non: dummodo formet sibi bonam conscientiam: postquam magis peritos consuluerit: etiam si res alitar se habet quàm ipse sentit: excusatur enim, quia fecit quod potuit: deus autem nihil impossibile requirit ab homine. Si autem homo inciderit in hanc ignorantiam inuincibilem: hoc erit aut per opus licitum: vt si per vigilias & abstinentias huiusmodi aliquis insanus factus est, & tunc excusat ex toto, etiam si excessus furoris peccatum venialem fuerit. Aut incidit culpa sua mortali, & tunc dicunt quidam: quod peccatum sequens excusatur ex toto: si nullam habet usum rationis:& hoc est probabilius,& verius. hæc Vlricus: consentit enm hoc Ray. in summa. Et Augustinus, & Ambrosi. xv. q. 1. capitulo aliquos, & capitulo illa cauenda. Vnde Petrus de Pal. super tertio di. 22. cōcordans cū prædictisdicit, cū Durando. Ignorantia, quæ est cā actus: aut est eorū, q̄ nec tenemur, nec possumus scire q̄ dicitur inuincibilis:aut est eorū, quæ tenemur, & possumus scire, quæ dicitur vincibilis. Prima excusat, si sit inuincibilis secundum se, & scdm suam caussam, quod additur propter ebrium vt supra dictum est, qui non in toto excusatur. Ignorantia autem vincibilis, aut est in vniuersali, & dicitur ignorantia iuris: aut in particulari, & dicitur ignorantia facti. Prima aut est directe affectata, vt homo liberius peccet, & hæc non excusat, sed aggrauat. Aut non est directe affectata, sed prouenit ex quadam negligentia: & hæc licet non excuset ex toto sequens peccatum: tamen ipsum alleuiat. Ignorantia autem particularis seu facti: excusat vel non excusat: vt infra dicetur. Dicit ergo Petrus de Palu. super verba Durandi sic. Declaratio, quam facit de ignorantia causali vincibili, bona videtur. Est autem addendum ad id, quod dixerunt ignorantia vincibilem eius, ad

Ray. Petr. de palu. Durando. Nota.

quod hō ſcire tenetur,& pōt: quia ſi nō poſſet vel nō teneat̃,excuſatur:vt miles,mulier,minor,& ſic de aliis.Nō tenetur ſcire iura hōinū poſitiua:nec pari ratione ꝗ vacant theologiæ ſacræ, ex ordinatione confirmata per papam: etiam decretiſte decretales , & huiuſmodi : ſed quicunq; eſt doli capax , tenetur ſcirę ius naturale , & diuinum quo ad communia . hæc Petrus . Eſt igitur ignorantia iuris eorum, quæ quis ſcire tenetur, vt quod fornicatio eſt peccatum mortale ſiquis neſciret & ſimilia.Dicitur ergo ſecundum Petr.ignorantia vniuerſalis : ſecundum Iuriſtas vero ignorantia iuris, & in idem redit . Quia ius hic vocantur regulæ vniuerſales,regentes vitam humanam . Et hæc ignorantia iuris variatur in diuerſis : dum vnus ſcire tenetur , ad quod alius ſcire non obligatur . De qua dicet̃ largius parte tertia capitulo. xxiii. & xxiiii. Hæc ignorantia iuris aut eſt directe affectata,v t homo liberius peccet.& hæc non excuſat,ſed aggrauat . Aut non eſt directe affectata: ſed prouenit ex quadam negligentia:& hæc,licet non excuſet ex toto, tamen excuſat a tanto & alleuiant peccatū . Exemplum primi de eo , cui dictat conſcientia , quod debet accedere ad non ſuam: qui noluit intelligere, vt bene ageret, ne haberet conſcientiam retrahentem,& propterea iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:ſcilicet conſcientiæ , & aſtitit viæ non bonæ . Tales ſunt , de quibus dicitur Iob.xxi. Recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus,& talis peccat grauius .

Ignorãtia iuris. | Exēpl. 1. | Exēp.2

Exemplum ſecundi de eo,qui neglexit ſolum diſcere dei præcepta,quando diſcere potuit:qui ad alienam non accedere, ſi id ſciret contra dei præceptum eſſe, talis peccat, ſed minus quàm prior .

Ignorãtia facti.

Ignorantia facti : vt loquuntur iuriſtæ: vel particularis, vt loquitur philoſophus:& etiam in idem redit,quia factum aliquod vocatur particulare determinatum per circunſtantiam : quam conting

etiam sapientem aliquando ignorare, & est particularium circunstantiarũ in actu: & in tali: aut adhibetur debita diligentia: & datur opera rei licitæ, & hoc modo excusat. Sicut fuit de Iacob cognoscendo Lyam quam credidit esse suam: scilicet Rachelem, Aut non est adhibita debita diligentia: vel datur opera rei illicitæ: & hæc non omnino excusat: potest tamen plus vel minus alleuiare: si non fuerit directe affectata. Vnde siquis operam rei licitæ dedisset moderate: ignorantia sequens, culpam non haberet: & sic posset peccatum consequens ex toto excusare, vt patet in iis, qui per exercitium spiritualium operum in amentium vertuntur. vt sanct. Thom. dicit. Ignorantia vero electionis mala est, quæ prouenit vel ex passione, vel ex habitu: ex quibus aliquis actu non considerat, quod tamen considerare potest & debet: & hæc ignorantia quodammodo affectum peccati consequitur: vt quando ex concupiscentia peccati, quam voluntas non reprimit absorbetur iudicium rationis in particulari operabili. secundum quod dicitur. vi. Ethicorum. Quod delectatio corrumpit æstimationem prudentiæ. Secundum quam ignorantiam: omnis malus dicitur ignorans. Hæc ignorantia non excusat peccatum, nec minuit, quia non est causa peccati: sed consequitur omne peccatum. De ignorantia etiã habes plura: parte tertia capitulo. xv. conclusione secunda. Ignorãtia electionis.

Ex prætactis omnibus iam liquet, quod tres solum ignorantiæ. videlicet. Inuincibilis, iuris, & factit peccatum excusant, augent vel diminuerit, omniumq; prædictorum vna ratio talis est. Sicut se habet ignorantia ad causandum vel non causandum, minuendum vel augendum voluntariũ, sic se habet ad excusandum.

Nam eo ipso aliquid imputatur ad meritum, vel culpam: quia est voluntarium: & quantum est

velnntarium: & quantum est voluntarium, tantum est imputandum. Sed ignorantia se habet ad causandum voluntarium, vel inuoluntarium; & augendum ipsum, seu minuendum modo, quo dictum est, vt patuit per membra singula ergo.

Alia queſt. Sed diceret quis forte. In multis ignorantiis inscius iam laboro. quid igitur faciam, vt eas euadam: vel vt deus mihi uon imputet ad peccatum. Nam delicta quis intelligit? Ideo cum Psalmista clamare habeo. Ab ocultis meis, &c. Respondet Petrus de Thar. quod per veram contritionem deletur ignorantia inquantum est peccatum quo ad reatum: manet tamen actu. Cuius ratio: quia quando desinit esse voluntarium, desinit esse peccatum: non tamen desinit esse simpliciter. De hoc tamen aliquid lucidius infra videbitur.

Applicat diuersos modos ignorandi ad quæstionem præcedentem. Cap. V.

PER præmissa respondetur directe ad quæsitum principale. vbi quæritur. Vtrum conscientia erronea semper sic liget se habentem, quod in nullam partem possit homo licite declinare? Respondetur distinguendo de errore conscientiæ, sicut & de ignorantia: Quia aut est error imputabilis, cuius ipse errans est causa, vel occasio, aut non est imputabilis, sicut est error ignorantiæ vel circunstãtiæ particularis: qualis fuit in Iacob respectu Lyæ: & ita de similib. errorib. non imputabilibus. in talib. itaq; conscientia talis non ligat, modo in titulo quæstionis prætacto. Nam per talem conscientiam homo non est ligatus simpliciter: sed solum secundum quid: potest enim secundum vnam partem licite procedere. Si autem error sit imputabilis: tunc per talem conscientiam homo ligatus est simpliciter stante

Error imputabilis. Iac. Lya.

tali

i conscientia: quia nec secundum ipsam potest
mo licite facere: nec contra ipsam. Cuius ra-
est: quia vna sola conditio mala reddit actum
nplicit er illicitum: sed in omni actu, qui est
cundum talem conscientiam, vel contra ipsam
t aliqua conditio mala. Patet hoc de primo
tu, qui est secundum eam. Actus enim qui est
cundum conscientiam erroneam, vel est malus
cundum se: vt cum aliquis credit furandum, vt
etur pauperibus: vel est malus, quia prohibi-
ıs: vel ratione præcepti superuenientis: vt cum
ræcipitur alicui iurare: qui tamen non iurat:
o quod credit iuramentum illicitum esse. Et
a in omni actu, qui secundum conscientiam er-
oneam est: aliqua est conditio mala: vel de se,
el ex prohibitione. Hoc autem non est intelli-
endum de conscientia errante circa indifferen-
ia, vel ea, quæ sunt super erogationes: vt cum
liquis se credit teneri ad leuandum festucam,
uo ad primum: vel ad viuendum caste, quo ad
ecundum: cum tamen ad neutrum teneatur. In
alibus enim actus, qui est secundum conscien-
iam erroneam, non est malus secundum se, nec
tiam prohibitus: ideo sequens conscientiam ta-
em erroneam non peccat. Generaliter autem
aciens contra conscientiam peccat, quando con-
cientia dictat aliquid tanquam debitum: vt pro-
atum est tertio capit ulo. Sed quando dictat si-
i solum vt licitum: vt quod fornicatio sit licita:
unc faciens contra eam non peccat. Sed cum
lictat aliquid, vt debitum, tunc peccat. Nam
onscientia erronea in materia imputabili deter-
ninata per prohibitionem vel præceptum, ligat
emper. Quod tamen intelligendum est, quan-
lo dictat præcipiendo: non autem consulendo,
ut permittendo: vt si per hæresim de errore cha-
ritatis & libertate spiritus dictet conscientia non
esse negandum illi, qui per charitatem petit
vsum

vsum corporis, tunc sit ligat cõscientia quod quicquid faciat, peccat. Vnde etiam leuans festucam credens contra præceptum Dei agere, peccat grauiter contemnendo. Vult enim agere contra præceptum diuinum, sub quo conscientia comprehendit aliquid vt inclusum. Et licet illud vere non sit inclusum sub præcepto: tamen iste vere, quo ad mentem, est contemptor præcepti; qui credit oppositum eius, quod vult facere, esse præceptum. immo dicit sanct. Thom. distinc. xxxix. in secundo scripto. Si ratio dictat aliquid directe cadere sub præcepto, tunc mortaliter peccat omittendo illud, quod conscientia dictat, etiam si sit veniale de se, vel indifferens.

Mouet plura dubia de ligamentis conscientiæ. & soluit. Cap. VI.

CIrca præfatam mater iam erroneæ conscientiæ sunt adhuc tali dubia soluenda. Primum. quis plus peccet. Ille qui facit contra conscientiam erroneam: an ille, qui sequitur ipsam. Respondet Durandus disti. 39. vbi supra. Dicendum, inquit, quod hoc non potest vno sermone determinari. Sed considerandum qualiter est illicitum illud, quod conscientia erronea dictat esse faciendum: quia quandoq; illicitum, vt peccatum veniale: sicut quando conscientia dictat esse mentiendum: propter vitam innocentium saluandam: quandoq; vero vt mortale: sicut quando quis credit esse furandum malis diuitibus: vt detur bonis
Not. pauperibus. Ex parte etiam conscientiæ considerandum est, quid ipsa dictat faciendum tanquam ex præcepto: puta, quod non mentiens propter vitam alterius saluandam, reus est homicidij: quando vero dictat aliquid faciendum: vt opus misericordiæ solum. puta, quod furtum committens

bene

bene facit, vt det pauperibus:& sic fit misericors. In primo casu sequens conscientiam erroneā peccat solum venialiter: sed faciens contra ipsam, peccat mortaliter. In secundo autem è contrario. Si autem sit aliquid ex præcepto faciendum, vel omittendum,& conscientia dictet oppositum tanquam cadens sub præcepto. tunc comparandum est præceptum præcepto; & secundum hoc videndum. Verbi gratia. Si mulier, errante conscientia, credat quod licitum sit mechari: vt saluet sui viri vitam: alioquin rea est homicidij: plus peccat exponendo se vel virum morti, quam mechādo: quia maius est non occides. Simili modo est in omnibus aliis iudicandum. Cum enim vtrobiq; est præceptuH, tunc comparanda sunt illa adinuicem: vt secundum illa iudicetur de præponderando. Si enim mulier se credit teneri ex præcepto. Non occides ad mechandum pro vita viri, aliter se putans fore ream homicidij: plus peccat non mechando, quàm mechando. Econtra: si putat se occidendam, ne violetur: plus peccat seipsam occidendo secundum conscientiam, quàm mechando contra ipsam.

Dubitatur secundo. An dictamen conscientiæ plus obliget quàm præceptum prælati? Respondetur. secundum Thom. in secundo, quod sic. quia conscientia non obligat virtute propria: sed virtute præcepti diuini. Conscientia enim non dictat aliquid faciēdum hac ratione, quia sibi videatur: sed hac ratione, quia à Deo præceptum est. vnde per accidens ex virtute diuini præcepti, obligat inquantum dictat hoc, vt præceptum à Deo. Et ideo dictamen conscientiæ plus obligat, quàm præceptum prælati. Sicut & præceptum diuinum in cuius virtute ligat, sicut patet in exemplo. Si præceptum regis non perueniret ad populum nisi mediante aliquo principe; si princeps diceret hoc est præceptum à rege: quamuis non esset

Pulchra ratio.

verum

verum: dictum tamen suum obligaret, vt præceptum regis: ita quod contemptores pœnam incurrerent.

Dubitatur tertio. Quot modis posset quis perplexus esse in conscientia. Respondetur in genere hoc scitur: sed in specie quasi infinitis modis fit. vnde secundum Antisiodoreñ. in summa sua. triplex est perplexitas: scilicet perplexitas intelligentiæ sacræ scripturæ. Perplexitas intellectiua faciendorum. Perplexitas ineuitabilis peccandi. Prima & secunda reperiuntur in sanctis: ad quod significandum apud Hesaiam ponitur quinto loco onus Aegypti. Postquam enim homo excutit à se onus Babilonis; idest amorem huius mundi, à quo primum exonerare se habet: Secundo loco se excutit ab onere Philistijn; idest dæmonum tentationibus. Et post hoc excutit se tertio loco ab onere Moab; idest ab onere secularis scientiæ, vt dicere possit cum Apostolo. Non quod sufficientes simus aliquid cogitare à nobis. quasi ex nobis; sed omnis sufficientia nostra à Deo est. Et post hæc onus carnalis dilectionis siue prudentiam carnis, quæ dicitur onus Damasci à se excutit. Item vltimo restat onus Aegypti, quod quilibet sanctus habere potest. Hæ sunt tenebræ ignorantiæ, quibus premuntur sancti; sed non opprimuntur. Et ita patet quod sancti habent perplexitatem primam & secundam.

Triplex perplexitas.

Prima autem perplexitas soluitur per destinctionem multiplicitatis, siue amphiboloice & æquiuocationis; vel per distinctionem temporum, vel quod simpliciter dicitur, secundum quid intelligi debeat. Secunda perplexitas soluitur vno modo, scilicet per Spiritum sanctum. Vnde prima Ioan. secundo vos vnctionem habetis ex sancto (glosa) spiritu, & noscitis omnia, scilicet ad salutem necessaria. Et iterum ibidem. Hoc scribo vobis de iis, qui seducunt vos. & vos

Prima.

Secunda.

vnctio-

vnctionem, quam accepistis à Deo maneat in vobis; & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. & verum est,& non est mendacium. vbi secundum, glo. vnctio est charitas, sanctus qui hanc dat est Spiritus sanctus. Et fiet sic, vt docente vos interius Spiritu sancto indigeatis extrinsecus; hominum institutis doceri. Et iterum ibidem dicit glo. Nemo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit; quia nisi intus sit, qui doceat, lingua doctoris exterius in vanum laborat. Nec tamen doctor taceat; sed quod potest agat. Idem ex intentione tradit Gregorius in Homelia. & Augustinus lib. de magistro docet. quod nihil intelligitur, nec etiam intellectus agentis lumine illustratur; quia intelectus immediate à Deo illuminatur. Iccirco vnus est magister noster Christus ęterna sapientia. Et notandum quod in potestate nostra est habere vnctionem præfatam. Vnde Nic. de Ly. super præfato textu. scilicet maneat in vobis. dicit; In potestate hominis est gratiam Baptismi obseruare. De qua præmisit; vnctionem habetis à sancto, scilicet spiritu; & noscitis omnia; scilicet ad salutem necessaria. Si enim natura non deficit in necessariis, multominus author naturæ. Vnde si hæreticus veniat ad corrumpendum fidem: in simplici fideli, qui se conuertit ad Deum orandum pro vnctione: ei non deficit, quin eum dirigat, per se, vel per alium: secundum ea, quæ pertinent ad salutem: secundum suum statutum. Illud autem habere dicimur, quod est in nostra potestate habendi: quod autem dicit. Non necesse habetis vt aliquis doceat vos: scilicet homo non est intelligendum quod simplices fideles contemnere debeant doctrinam superiorum, vel etiam causa negligere cum eam possint habere. Sed quid fieret, si humana doctrina deficeret? tunc enim Deus suppleret. Greg. Aug. Ni. de Ly.

Vnde

Pulchra quęst. Concl.

Vnde frequēter repetiūtur aliqui simplices nutriti in campis clarius videntes in iis, q̄ sunt ad salutem necessaria, quam illi, qui quasi quotidie audiunt sermones in ciuitatibus magnis. Concludit autem & verum est, & non est mendacium: quia ab eo, qui est regula veritatis, non potest procedere nisi verum. hæc Nico. de Lyra.

Tertia perplexitas soluitur per depositionem erroneæ conscientiæ, de qua videbitur parte tertia per totum. Ideo non potest esse secundo, vel tertio modo perplexus, adeo quod sit simpliciter perplexus. alias talis non libere nec voluntarie peccaret, quod nunquam fit: quia omne peccatū, secundum Augustinum, est adeo voluntarium, quod nisi aliqualiter sit voluntarium, non est peccatum. Si autem alicui appareat quod peccet, siue faciat, siue dimittat, apparentia est, non veritas: quia si scientiam haberet, & non ignorantiam, videret viam sine peccato, faciendi vel dimittendi, vt patet in exemplo sequenti. Potest tamen aliquis esse perplexus secundum quid, scilicet secūdum eroneam conscientiam, qua deposita erit liberatus. Exemplum de eo: cui dictat cōscientia quod fornicari debeat alias reus erit mortis propriæ personæ. Errat talis conscientiatus: & interim quod talem habet conscientiam est perplexus secundum quid, quia siue fornicetur siue nō peccat: quia si facit committit peccatum fornicationis: si non facit committi ex intentione seu cōscientia, peccatum proprij homicidij: & sic secundum quid non est perplexus. Igitur deponat conscientiam, & tunc fornicando non peccat, iste tamen cui apparet quod conscientiam non possit deponere: & secūdum quid perplexus est inter duo vitia: illud plus eligat vitium: vel potius minus timeat incurrere: quod in se minus peccatum extat: sicut in exemplo de eo patet: qui in curo captiuus est: & sine corporis periculo nullo modo

potest,

potest euadere: eligit locum, vbi cadendo deorsum minus lædat. De hoc est etiam regula vniuersalis theologorum. . . In nullo casu est aliquis perplexus inter duo peccata, quin ei pateat exitus absq; nouo peccato. Nam si iurauit quispiam se occisurum Petrum innocentem: & non occidat eum: ipse non peccauit nouiter: sed iam peccauit iurando. Si autem conscientia erronea dictat sibi, quod Petrus innocens est statim occidendus ab eo: dimittat hanc conscientiam, & liberatus est. Si autem postremo incidant duo præcepta incompossibilia ex culpa sua, tūc agat illud, quod plū de se est magis obligatoriū, & à nouo peccato immunis existet. Exem. de ieiu.

Tractatus secundi assignat quinq; causas erroneæ conscientiæ. Cap. VII.

Viso quid sit erronea conscientia. quæ vulnus magnum est animæ: nunc vt medela adhiberi possit radicitus: videndum est de causis erroneæ conscientiæ. Vbi sciendum, quod ex quinque oritur: scilicet ex discendi negligentia: ex quærendi erubescentia, ex affectus maleuolentia: & ex aliorum vitiorum grauium fœtulentia. Primo igitur oritur ex discendi negligentia, vnde Hesaię tertio. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam. Tenetur enim quilibet christianus scire, aut adiscere ea, quæ sunt credenda; vt symbolum Apostolorum, & quæ sunt appetenda & speranda, vt orationem domicinam. In qua continetur quicquid est ordinate petendum, & sperandum: & ea, quæ sunt facienda, & dimittenda: per dilectionem Dei & proximi: contenta in decem præceptis, quæ sunt regulæ omnium: dicente veritate, Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ea, quæ sunt Not.

ecclesię

ecclesiæ communiter vulgata præcepta, vt de præcipuis festiuitatibus: de necessitate confitendi, & Eucharistiam sumendi: atq; de quibusdam aliis sacramentis ecclesiæ venerabiliter percipiendis, tenentur omnes homines. Tenentur insuper scire singuli homines: vt dicit sanc. Tho. prima secundæ. q. 70. ea, quæ ad eorum statum sunt pertinentia, vel officium: vt religiosus, ea, quæ ad suam religionem pertinent. Episcopus, Iudex, Scabinus, Consiliarius, Artifex: & sic de aliis, quæ ad eorum officium pertinent. Similiter tenentur scire ea, sine quorum scientia non potest aliquis debitum actum exercere. Et sicut turpe est Mechanico primo velle artem discere, quando debet eam exercere: sic turpis est cuilibet in officio licito existenti: si nescit ea, quæ sunt officij sui exercere, vt iunctis matrimonio electis ad officia, & similibus. Nam qui ignorat ignorabitur. 1. Corin. 14. Et fatuis virginibus dicitur Matth. 15. Amen dico vobis nescio vos, & clausa est ianua.

Secundo oritur erronea conscientia ex querendi erubescentia: puta cum quis habere potest quos in dubiis consulat vel in arduis, & erubescit querere. Tales enim veram prudentiam, quæ idem est cum discretione: & ab erronea conscientia sola scit liberare. nunquam attingens immo dæmonis tentationibus interim succumbent, vt diffuse probat Cassianus. Colla. 2. Moysi Abbatis exemplis, primi Abbatis Serapionis, qui iuuenis existés: seruiendo Abbati Theonæ, per Dæmonis tentationem: tandiu in furti panis conscientia durissima detentus est: quousq; peccatum suum coram senibus agnouit. Deinde exemplis scripturæ idem patet. Primo de Samuele iuuene à Deo electo, primi Regum 3. Quem Deus pater suo colloquio noluit illustrare, nisi semel & iterum ab Hely seniore sacerdote doceretur. Sic vas electionis iam conuersum, Deus per semetipsum statim instruere noluit:

Discretionis bonũ.

noluit: sed ait ei. Act. 9. Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Sic etiam idem Paulus propter hoc solum ascendit Hierosolimam: vt euangelium, quod per plura miracula gentibus prædicauerat, priuata ac domestici examinatione conferret cum Apostolis. Contuli. inquit. Gal. secundo cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Ideo concludit Cassianus ex verbis Moysi Abbatis. Quis igitur tam præsumptor & cæcus est, qui se audeat suo iudicio & discretioni committere: cum vas electionis indignum se coapostolorum suorum collatione testetur. Vnde manifestissime comprobatur, nec à Domino viam quidem perfectionis quempiam promereri: quis habens vnde valeat erudiri: doctrinam seniorum vel instituta contempserit: paruipendens illud eloquium, quod oportet diligentissime custodiri. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos & dicent tibi. Deute. 32. Et iterum dicit Cassianus ibidem. Non valebit ignorantiam eius, callidus hostis, illudere: qui vniuersas cogitationes in corde nascentes, perniciosa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum vel reprobat, vel admittit.

Tertio oritur conscientia erronea ex superbiæ pertinacia: vt quando quis non humiliat intellectũ suum: vt melioribus & sapientioribus se, credat. Cõtra quod apostolus. secunda Corinth. 10. Captiuantes, inquit omnem intellectum in obsequium Christi. hoc est dicere: vt exponit Vlricus de Argentina in Comp. Theol. quod quilibet in credendis plus debet consentire fidei quam sibi, & in agendis plus debet aliis credere quam sibi vt patebit parte tertia c. 16. Ideo Cassianus vbi supra, dicit. Vera discretio, nõ nisi vera humilitate acqrit. Cuius humilitatis nõ ficte hęc erit prima ꝓbatio. Si vniuersa, nõ solũ quæ agẽda sunt, sed ẽt quæ cogitantur: seniorũ reseruãtur Nota.

tur examini, vt nihil suo quis iudicio credens: illorum per omnia diffinitionibus acquiescat: & quid bonum, vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio non solum per veram discretionis viam iuuenē tramite recto docere bit incedere: verum etiam à cunctis fraudibus inimici & insidiis: seruabit illæsum.

Nullatenus enim decipi poterit, quisquis nō suo iudicio, sed maiorum viuit exemplo.

Quarto oritur erronea Conscientia: ex affectus maliuolentia: cum scilicet quis aliquam passionem sequitur, quia talis impedit animum ne possit cernere verum: quod non solum verum est de ira, sed de omni alia passione: puta, odio, timore, delectatione, tristitia, sed vel desperatione, ira, fuga, persecutione, dolore, & gaudio, quando tales passiones non refrenantur ratione: quas Philosophus secundo Ethi. ponit. Vnde Beatus Augustinus in 9. de Ciuit. Dei dicit. Quod passiones animæ quidam vocant morbos, vel perturbationes animæ. Et de duomalis iudicib. & Sacerdotib. dicūt Dan. 14. Auerterūt sensum suū. glo. a recto: scilicet auerterunt oculos suos ne viderent Cęlum, glosa, idest cęlestia nō cogitarent. Et sequitur neq; recordarentur iudiciorum iustorum. glos. siue Dei, siue honestatis, siue naturæ, quæ omnibus ad bonum insita sunt. Causa subinfertur de passione. Erant enim ambo vulnerati amore eius, scilicet, Susannę. Et postea ait vni eorum ipsum condemnando Daniel, species decepit te: & concupiscentia peruertit cor tuum.

Quinto oritur ex aliorum vitiorum grauium fętulentia. Nam habitus & dispositiones vitiorum intellectum cæcant: sic vt lumen veræ intelligentiæ vix habere possit, & si habet, habitus vitiorū adeo debilitant voluntatem hominis & affectum: vt sibi Mundus sapiat, non cælestia: terrena & non diuina. Vnde de malis in inferno positis dicitur: tarde de vita præsenti pęnitentibus. Sapien. 5. Errauimus

à via

à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Idcirco etiam Tobiæ secundo. Vitia secundum glossam significantur per stercora calida hirundinis, quæ cecauerunt Tobiam. Nido, inquit, glo. hirundinis suppositis dormit: qui leuitati lasciuiæ, ac superbiæ se incautus subiicit.

Dat remedia ne quis in ignorantia damnetur. Et sunt quatuor per quæ quis facit quod in se est. Cap. VIII.

DE meditamine præterea erroneæ conscientiæ necessarium est videre. Habet autem ignorantia vincibilis iuris & facti, quæ est origo erroneæ conscientiæ duo in se mala. Vnum est reatus seu culpa, aliud est defectus scientiæ debitæ: qua scientia ignorans caret. Primum tollitur per veram contritionem. Secundum tollitur, aut non imputatur per diligentiã debitã faciendo qđ in se est: Exiguntur autem ad diligentiam debitam, contra ignorantiam talem, & ad faciendum quod in se est: quatuor, aut quinque, secundum Chryso. videlicet inquisitio diligens scripturarum: requisitio humilis in scripturis sacris literatorum: operatio bonorum per cautelam grauium vitiorum, & inuocatio per orationes Dei, & sanctorum. Quintum potest addi quod est causa præcedentium videlicet. ardens desiderium propriæ beatitudinis, & fuga damnationis perpetuæ. vnde Chryso. super Matth. Homel. 39. Ista tangens dicit. Si velles scripturarum ingredi veritatem: nunc peteres orationibus: nunc quæreres in scripturis: nunc pulsares bonis operibus: nunc interrogares sacerdotes, nunc istos nunc illos. sed ista non fiunt, quia verbo Chry.

Dei non creditur: nec promisso beatitudinis non desideratur, nec condemnationis iudicium formidatur. Eadem quatuor tangit, & declarat San. Bonauentura super tertio in materia de fide. Primum, iuquit, est diligens inquisitio scripturarum salutarium: scilicet homnini: quæ fieri debet per attentam verbi dei auditionem. Vnde Psalmus. Tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam, &c. Debet enim fieri per librorum Sacræ scripturæ si quis nouerit legere, attentam inspectionem: quia Psalmista. Tunc non confundar cum perspexero. Vnde beatus vir prædicatur per Psalmistam, qui in lege eius meditatur die ac nocte, qui erit sicut lignum, quod fructum dabit in tempore suo: & etiam fit per cordialem auditoris de Sacra scriptura meditationem. Talibus enim insistendum est, præsertim diebus festiuis, per quæ Sabbatum multum sanctificatur. Secundum est requisitio humilis in scripturis Sacris literatorum, quod fieri solet per conuersationem cum bonis hominibus, vnde in Psalmis dicitur. Cum Sancto Sanctus eris, &c. per crebram collocutionem moralium bonoruui, quia sicut secundum Apostolum primæ ad Corinth. 5. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, ita èdiuerso, secundum Psalmus declaratio sermonum tuorum illuminat. Et per humilem quæstionem sapientiorum: exemplo Iesu: qui duodenis in medio doctorum interrogabat & audiebat illos: & subditus erat parentibus. Lucæ secundo. Quæ quantum valeant dictum est parte ista cap. 6. Tertium est: operatio bonorum per cautelam grauium vitiorum: vt scilicet homo sibi caueat a grauibus peccatis. & si in aliquo ceciderit: non diu in eo permaneat: quia secundum beatum Gregorium: Deus sæpe per noua peccata punit priora, & propter vitia grauia sinit peccatorem in ignorantiam ruere & in peccata alia. Vnde Psalmur. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Et sic secun-

Secundum. Tertiũ. Greg.

secundum glosa August. super cecidit ignis, & non viderunt solem. Sic etiam secundum Apostolum. Roman. primo propter peccata Phariseorum tradidit eos Deus in passiones ignominiæ: & obscuratum est insipiens cor eorum. Quinimmo secundum beatum Gregorium super Ezech. Contemnenti, qui non vult pœnitere, ponit Deus offendiculum, vt grauius impingat.

Quartum est inuocatio per orationes Dei, & Sanctorum: quatenus Deus velit hominem illuminare, vt necessaria ad salutem intelligat, & vt in ignorantia sua non permaneat: exemplo Psalmistæ, qui ait. Delicta quis intelligit: & statim orare incipit pro intellectu eorum dicens. Ab occultis meis, &c. Vnde glosa super Matth. 8. Christus modo rogatus: modo vltra curat: ostendens se contra vitiorum passiones semper annuere fidelium precibus: & ea nonnunquam quæ ipsi non intelligunt? vel intelligenda dare, vel pie petentibus etiam non intellecta dimittere. Quicunque igitur in prædictis quatuor diligentiam fecerit: videtur secundum Chrysost. & Bonauen. facere quod in se est: & peccatorum remissionem consequi: etiam occultorum; quamuis etiam per multa alia peccata dimittantur. Vnde Origenes super Leuit. capit. 2. dicit. Aliquis melius ferè agebatur cum antiquis: quibus diuersis sacrificiis venia præstabatur: apud nos vna tantum venia peccatorum per baptismi lauachrum. Decet enim districtioris disciplinæ esse Christianum: pro quo Christus mortuus est: boues hirci, & oues iugulabantur, & aues, & similia oleo conspergebantur: pro te Dei filius iugulatus est. Et iterum. Si te peccare delectat: non tamen desperes. Audisti quanta in lege sacrificia pro peccatis. Audi quantæ sunt remissiones in Euangeliis. Prima est in Baptismo. Secunda im Martirio. Tertia per Elemoemosynam. Quarta, quia Fratribus remitti-

Quarta. Nota. Facere qđ in se est. Nota.

Nota Christiane.

mus. Matthæus sextus. Si remiseritis fratribus ex corde: remittet & vobis pater peccata vestra. Quinta cum conuertimus peccatorem ab errore viæ suæ, secundum illud Iacob. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, &c. Sexta per abundantiam charitatis. Lucæ. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et prima Pet. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Septima per pœnitentiam duram & laboriosam: cum peccator lauat lachrymis lectum suum, & fiunt ei panes lachrymæ die ac nocte: nec erubescit sacerdoti domini peccatum suum confiteri, & medicinam querere: secundum illum, qui ait: Dixi Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, &c. Hinc Iacobi vltimo. Siquis infirmatur in vobis, &c. Tu ergo cum venisti ad gratiam baptismi vitulum obtulisti: quia in morte Christi baptizaris. Rom. 6. Cum ad martyrium duceris obtulisti: quia auctorem peccati diabolum iugulasti. Cum eleemosynam feceris, & erga indigentes misericordię affectum impenderis sacrum altare hœdis pinguibus honorasti. Si fratri tuo ex corde dimiseris, & iracundiæ tumorem deposueris: mitem & simplicem animum habueris, arietem vel agnum sacrificasti. Si diuinis lectionibus instructus meditando vt columba, & in lege domini vigilando conuerteris peccatorem ab errore viæ suæ, & ad simplicitatem columbæ reuocaueris, & sanctis adiugendo societatem turturis feceris imitari: par turturum, aut duo pullos columbarum obtulisti. Si autem proximum tuum non tantum sicut te ipsum dilexeris: sed sicut Christus, qui ait: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis: panes azimos similaceos, charitatis oleo subactos sine fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azimis sinceritatis, & veritatis Deo obtulisse cognosce. Sed si in amaritudine fletus fueris, si carnem tuam maceraueris, & multa

ab-

abstinentia arefeceris, vt dicas, sicut in frixorio cõfrixa sunt ossa mea in sacrificio: similem a sartagine, vel à Craticula obtulisti. Hoc modo verius & perfectius sacrificia offeres: quæ iam secundum legem non potest offerre Israel. Hæc Origines.

Ostendit tres differentias esse hominum malam conscientiam habentium: & quomodo facere possunt, quod in se est. Cap. IX.

VErum quia perfecta punctio Chryso. bene videre potest quis: quid facere debeat quantum in se est catholicus, in conscientia erronea manens. Hic modo opus est videre etiam, quid necessarium sit facere vnicuiq; siue sit fidelis, siue sit infidelis, vt erroneam exeat conscientiam, per facere quod in se est.

Est enim generalis theologiæ regula: vt inquit Cancellarius tractatu de regulis moralibus, quod culpabilis ignorantia iuris diuini non cadit in facientem illud, quod in se est: quoniam Spiritus Sanctus talem hominem de necessitatis ad salutẽ, quæ vires suas excedunt, docere immediate paratus est. Vt igitur sciatur, quid sit facere, quod in se est: quamquam ideo ostensum sit supra capitulo tertio & quarto. Hic tamẽ aduertendum est, quod tria sunt genera hominũ. Quidã sunt habentes vsum rationis, sed nondum fideles. Alij sunt, qui sunt, aut fuerunt fideles in peccato mortali existentes tunc, vt hæretici. Alij sunt fideles iam pœnitentes: & tamen suam erroneam conscientiam non agnoscentes: & omnes isti possunt ab erronea conscientia liberari: dummodo faciant quod in se est. Nota.

Primi igitur vt Alexand. de Ales dicit in summa, tria debent facere videlicet. Deum, qui nos ge-

nuit agnoſcere: & quod nihil boni à ſe habent, ſed adeo principaliter credere, & à Deo ſibi bona dari: & mala amoueri petere. Quod ſic daclarat. Nam in quolibet homine eſt recta ratio, & hæc certitudo boni eſt notio indita à creatore: qua quælibet anima poteſt cognoſcere ſuum principium, ſcilicet Deum: de qua notitia in Pſalmis dicitur. Scitote quoniam ipſe eſt deus, ipſe facit nos, &c. Per hoc enim, quod quilibet homo ſcit ſe naturaliter ſemper non fuiſſe: ſed ſe factum eſſe: ita ſcit ſe habere principium, & ſcit quod ab illo principio habet quicquid habet: & totum bonum quod habet: habet non à ſe & ſcit quod ab illo debet petere bonum, & quod per illum debent repleri omnes defectus ſui. Si ergo ſecundum iſtam notitiam operetur homo ſuo arbitrio currendo ad illum, quem ſcit ſuum principium eſſe: ecce primum: & quem ſcit orandum eſſe ſibi: vt ſcilicet ſuppleat defectus ſuos, & bona tribuat: ecce ſecundum, & petit ab eo lumen cognitionis fidei & boni, vt detur ei. ecce tertium. Si enim illa non facit quis, tunc iuxta illud, primæ Corin. 14. ignorans ignorabitur. Si autem facit: facit quod in ſe eſt: & hoc verum eſt generaliter de quolibet homine. De ſecundis autem qui fideles, ſed in peccato mortali tales præter præmiſſas, etiam tria debent bene facere, ſcilicet auertere voluntatem a peccato: iuſtitiam Dei ponderare quam infligit pro peccato: & miſericordiam Dei, quam impendit pœnitentibus. Ie talibus enim de ſecundo genere plus eſt, vel facilius accipere lumen veritatis: quia tales habent fidem informem, ſcilicet ſine charitate. Fides autem radiat ad duo, ſcilicet ad diuinam iuſtitiam damnantem reprobos: & ad diuinam miſericordiam ſaluantem electos. Hæc enim bene cognoſcit per fidem. Si ergo auertat ſuum arbitrium peccati, & dirigat ex lumine fidei in iuſtitiam damnantem reprobos, & in Diuinam miſeri-

cordiam saluantem iustos: ex primo causabitur timor in eo: & ex secundo spes: & hoc est facere, quod in se est. Cui concordat Sanct. Thom. in 4. distinct. 17. de iustificatione impij quæstione secunda dicit. In ipsa voluntate est appropinquare Deo per affectum & desiderium, & ordinaria ad gratiam, per remotionem impedimenti. quod quidem impedimemtum est peccatum: & ideo per displicentiam peccati, & affectum ad Deum se aliquis præparat ad gratiam. Et quando hæc duo quis efficaciter facit; dicitur facere quod in se est: & per hoc gratiam recipit. De primo istorum dicitur Iacob. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. De secundo Apoc. 3. Ecce sto ad ostium & pulso: siquis audierit vocem meam: & aperuerit ianuam: intrabo ad illum & cenabo cum illo, & ille mecum, hæc Thomas. Nota.

De tertiis vero, quia laborant in errore, vidnetur facere quod in se est, vt illuminentur, si seruent ea, quæ ponuntur supra capitulo quarto, & paret tertia cap. 24. Sed fortassis quæreret homo timoratæ conscientiæ. Cum omnes sacræ paginæ doctores dicant, quod homini facienti qnod in se est, etiam si est infedelis, aut credens peccater, datur lumen gratiæ. Nunquid Deus tali dat gratiam infalibiliter, & necessario? Responde ibidem quod sic. Nam quamuis Deus cogi non possit: tamen ita immutabiliter se habet diuina bonitas ad donum gratiæ omni volenti recipere faciendo: scilicet quod in se est, quod Deus dat ei gratiam, & etiam necessario, idest immutabiliter, sicut Sol immutabiliter dat lumen suum omni volenti suscipere, scilicet disposito adhoc, & se habenti in recta dispositione ad solem. Ex quo patet laus voluntatis Diuinæ, quod non potest se negare volenti gratiam suam recipere: faciendo quod in se est. Propter quod etiam August. dicit. Sicut vituperium humanæ voluntatis est quod Nota.

non

non vult recipere : ita laus diuinæ rationi est : quod non potest seipsam negare. Cauendum tamen vt dicit. Bernard. lib. de gratia,& liber arbitrium. Ne ea, quæ intra nos accidere sentimus, aut voluntati animæ tribuas quæ infirma est, aut diuinæ necessitati sic, scilicet quod Deus cogatur, quia non coacte, sed libere dat ex sua bonitate. Et animaduertat est iterum diuina bonitas.

Nota. Nam si per impossibile, Deus non daret (facienti quod in se est) gratiam: non faceret tali iniuriam: sicut nec luto fieret iniuria, si de eo faceret figulus vas in contumeliam, non in honorem, quia faceret secundum exigentiam, & naturam suæ materiæ. teste Hieremia cap. 18. Ecce sicut lutum in manu figuli: sic vos in manu mea. Et Hesa. 67. Et nunc Domine pater noster es tu: nos vero lutum: & tu factor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Vnde nos sumus materia ipsius: Sed sic est, quod tota massa generis humani, corrupta est per originale peccatum: & propter hoc si Deus faceret ex homine vas in contumeliam, & non in situm honorem: imprimendo formam nobilem, quæ est gratia, faceret secundum exigentiam materiæ: quia ordinata est massa generis humani, per peccatum in cõtumeliam, & propter hoc si ita faceret, non faceret iniuriam. Sicut videtur facere in pueris ab originali peccato per baptismum non purgatis. Quod ergo Deus in homine facienti quod in se est, imprimat formam nobilem, quæ est gratia: hoc est sola liberalitate sua: & nõ ex aliquo qđ debeat homini facienti quod in se est: quia homo faciens quod in se est, adhuc est indignus ad sumptionem gratiæ, immo nullius peccator potest se sufficienter disponere ad gratiam, nisi Deus ipsum disponat. tum quia, vt dictum est: qui est in peccato mortali: indignus est suscipere gratiam: tunc quia tale peccatum remouet lumen diuinæ gratiæ. Sicut fenestra clausa, ne illuminetur domus: sed si facit homo,

mo, quod in se est, consequitur dispositionem diuini adiutorij. Vnde in priori exemplo fenestra debet comparari actui voluntatis, cuius est cõsentire, vel dissentire, & tenebra cõparatur peccato; Vñ sicut in potestate hõis non est, qđ remoueat tenebram à domo, nisi aperiat prohibens lucem: scilicet fenestram: & lux illa remouet tenebram. Ita in potestate hominis non est, vt remoueat peccatum a seipso. Sed si remoueat actum suum voluntarium, scilicet dissensum ad bonum & consensum ad malum, tunc remouet illud, quod est prohibens gratiam: sicut fenestra prohibet lucem. & tunc intrat gratia in Christianum: & ita diuino adiutorio remouetur ab eo tenebra: remouet igitur liberum arbitrium dissensum ad bonum, vt consentiat paratæ gratiæ; & hoc est, quod dicit Ber. Gratiæ solum cooperari dicitur libero arbitrio dum consentit.

Probatur multis rationibus quod facienti quod in se est, datur omnino gratia. Cap. X.

QVod autem Deus facienti quod in se est, infallibiliter dat gratiam: patet multis rationibus. Primo enim dicit Apostolus. 2. Thim. 2. Deus semetipsum negare non potest. super quo beatus Augustinus. Cum sit iustus non potest negare suam iustitiam: ergo cum sit bonus, & misericors, non potest negare suam bonitatem & misericordiam: quia pronior est ad largiendum de misericordia & pietate, quam ad puniendum de iustitia. Sicut ergo non potest suam iustitiam negare facientibus malum: multo magis non potest suam misericordiam & pietatem ab iis negare, qui requiruntur eam. Sed qui facit quod in se est, requirit bonitatem eius, & misericordiam: ergo Prima ratio.

Deus

Deus non potest ei negare, qui facit quod in se est, suam bonitatem, & misericordiam: dat ergo ei, hoc est, infundit gratiam. Cum Apostolo concordat scriptura Ecclesiastici sexto dicens. Cogitatum habet in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime assiduus esto, & ipse dabit tibi cor bonum, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

Secundo sic. Nam dicit Augustinus super Roman. cap. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus: Deus recipit confugientes ad se: aliter in eo esset iniquitas: sed impossibile est, quod in eo sit iniquitas: igitur impossibile est, quod non suscipiat confugientes ad se, sed faciens quod in se est confugit ad ipsum, ergo necesse est quod ipsum recipiat, sed ipsum recipere fit per susceptionem gratiæ: ideo vt prius.

Tertio Apocal. 3. Christus dicit. Siquis aperuerit mihi intrabo ad illum, & cenabo cum illo: hoc est delectabor. Et Isa. primo. Dominus ait. Conuertimini ad me, & ego conuartar ad vos. Ex quibus sic arguitur. Impossibile est summam veritatem mentiri, sed necesse habet verum dicere, & implere. sed dicit conuertenti ad ipsum, quod cônuertet se, & quod ad parientem intrabit. Cum ergo faciens quod in se est, conuertatur ad veritatem primam, & aperiat, vt intret, necessario sequitur, quod talem ad gratiam recipiat.

Quarto quærit Ansel. in libro de Casu diaboli. Quare Lucifer. non habuit perseuerantiam: quia aut hor fuit, quia Deus non dedit aus, quia ipse non accepit. Sed determinat istam quæstionem dicens. quod hoc non fuit, quia deus non dedit, sed quia ille non accepit, cum Deus semper paratus est dare: ipse vero non erat paratus accipere. Cum igitur faciens quod in se est: paratus est accipere gratiam Dei: igitur ei datur.

Quin-

Quinto. non minus Deus diligit Christianos, vel aliquos peccatores in nouo testamento: quam dilexit in veteri testamento: immo plus videtur diligere in nouo testamento. quia Christus frequenter ait. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matthæi 9. Marci 2. Lucæ 15. tres parabulas ponit, scilicet de oue dragma perditis, diligenter quæsitis, & de filio Prodigo, sed in veteri testamento misericordissime vocauit peccatores Isaiæ 49. dicens. Dixit Sion de reliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui. Et; si illa oblita fuerit, ego nunquam tamen obliuiscar tui: ecce in manibus meis descripsi te. Hanc etiam indicibilem Dei bonitatem ad humanam genus ostendit beatus Dionysius, in Epistola ad Demophilum, quæ Epistola intitulatur de propria operatione, & bonitate Dei in qua redarguit Demophilum, qui pœnitentem a venia exclusit. Probat enim, & commendat ibi beatus Dionysius mansuetudinem, & misericordiam Deo summe placere, & hoc ostendit tripliciter. primo exemplo, patrum veteris testamenti. Secundo exemplo, Angelorum. Tertio exemplo, Christi. Primo exemplo patrum veteris testamenti, scilicet de Moise, qui fuit vir mitissimus super omnes homines, qui habitabant in terra numeri 14. Ideo etiam ei Deus sicut amicus amico locutus est, ei se ostendens. Secundo de Dauid. dicitur in Psalmis. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ideo Christus de eius progenie natus est. Pariformiter Iacob, qui se mansuete ad persecutorem Esau habuit, & iustificatus est. Ioseph similiter non se vindicans de iniuria contra fratres suos. Genesis vltimo, dominus Aegypti factus est. Et Abel, qui ambulauit cum homicida fratre sine suspi-

ſuſpicione; immo & ipſa lex rigoris vete. teſt.mandauit prouidere iumentis inimici. Exodi 23. Si occurreris boni inimici tui, aut aſino erranti,reduces eum. Deinde recolligit Dionyſius vniuerſaliter quod omnis ſcriptura Sacra laudat bonos, qui non præintendunt aliis facere mala: neque per malitiā aliorum mutantur à propria bonitate. Vnde dicit gloſ. Matth. 5. Mitis eſt, quem nec rancor,nec ira afficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet:& ad ſimilitudinem Dei, malis, & inimicis tales benefaciunt, & extendunt in eos etiam ſuam bonitatem.

Secundo probat exemplo Angelorum; qui amāt homines, & miſerentur gētibus. ſicut patet Daniel 10. quod Angelus egreſſus eſt in auxilium populi Hebræorum: depræcans Deum pro hominibus ſicut patet. Zach. primo de Angelo qui clamauit ad Dominum & dixit. Domine vſquequo non ædificabuntur Ciuitates Iudæ. Increpans multitudines populi male operantis: ſicut in principi Iudicum. Quando apparuit Angelus & repræhendit filios Iſrael. Triſtantur à malis hominum. Vnde Heſaiæ 34. Angelis pacis amare flebunt, & gaudent in ſaluatione hominum. Luc. 5.Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Tertio probat exemplo Chriſti, qui ex inneffabili bonitate ſua omnia ad eſſe produxit, & omnia in eſſe conſeruat: omniaq; vult aſſimilare ſibi, cōmunicans eis propria ſua ſecundum eorum capacitatem, recedentes ab ipſo amat; & certat reuocare ad ſe: exemplificans de filio Prodigo miſericorditer ſuſcepto. hæc omnia Dionyſius ponit in ſententia. Et ſimilia probat Damaſ. lib. 4. cap. 5. dicens. Bonus & omnibus; & ſuper bonus Deus: totus ſuperueniens bonitas: propter abundantes eius diuitias, non ſuſtinuit ſolum eſſe eius bonum ſuiipſius ſecundum naturam à nullo, ſcilicet participatam. Huius gratia fecit quidem primum intellectuales & cœleſtes virtutes; deinde ſenſibilem,

bilem, & inuisibilem mundum: deinde ex sensibili & intelligibili, scilicet hominem: vt omnia quidē, quæ ab ipso facta sunt, communicent eius bonitatem: tradidit nobis propriam imaginem & sensum proprium: assumpsit ipse pauperem & imbecillem naturam nostram, vt & nos purget & incorruptibiles faciat, & participes rursus constituat eius diuinitatis. Amen. Nota.

TERTIVS TRACTATVS.

Quid sit scrupulosa Conscientia, quid scrupulus, scientia, fides, dubium, & ambiguitas, & similia. Et quomodo differunt à conscientia & inter se. Cap. I.



OSTQVAM de conscientia dictum est, quę rectitudinem habet, vel videtur habere in iudicando: nunc de tertio principali agendum videlicet de Scrupulosa Conscientia, quæ suspitionem vel dubium habet ac timorem, seu vacillationē de re agibili vel credibili. Quia vero talis scrupulus naturam morbi habet spiritualis. Idcirco videndū erit de eius natura, de nocumento, & profectu de eius causa, medico, & medicina curatiua. Est autem Scrupulus quædam vacillatio consurgens cum formidine, ex aliquibus coniecturis debilibus & incertis. Nam si ex vehementibus argumentis, & probabilioribus tam pro hac parte. quàm pro altera dubitatio consurget, iam non scrupulus solum vel leuis trepidatio dici oporteret, sed moralis de transgressione certitudo, vel saltem opinio, & idem videtur vel esse Scrup. Moralis certitu. op.

esse scrupulus, quod apud alios dicitur pusillanimitas, quæ est tediosa rerum aduersarum iners, & inconsiderata fracta cũ deiectione. Est etiam timor, fuga, por quam angustia mentis fluctuanti ex contrariorum expectatione generatur. Idcirco secundum dominum Albertum, in de quatuor. Coeuis assignatur differentia inter scientiam, fidem, seu credulitatem, opinionem, seu dubitationem, seu ambiguitatem, & scrupulum. Nam scientia proprie est eorum, quæ cognoscũtur per causam, & ex principiis, quæ impossibile est alter se habere. Fides, seu credulitas est perfecta persuasio vnius partis per multa probabilia, vel per authoritatem dicentis. Opinio est acceptio vnius partis cum formidine alterius, ita tamen quod ad illam, quam formidat, non habetur ratio expressa, formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius partis. Vnde Bern. lib. 5. De consideratione ad Eugenium Papã, dicit. Opinio est quasi pro vero habere aliquid, quod falsum esse inscias. Dubitatio est interminatus motus rationis super vtranq; partem contradictionis per æqualia media. Scrupulus autem est, vt dictum est, & videtur idem esse cum suspitione ex leuibus saltem procedente. Similiter idem videtur aliquando esse, quod timor, & pusillanimitas. Et sic sunt quinque gradus inter præfata quo ad certitudinem. Nam vltimum, videlicet suspicio minimum habet certitudinis de se dubium, fluctuat opinio ad vnam partem plus se quàm ad aliam determinat. Fides ad vnam partem simpliciter se firmat. Scientia causam videt. Vnde etiam S. Tho. & Petr. de Pal. super quarto, distin. 38. Differentia est inter scientiam, conscientiam, seu credulitatem, & scrupulum conscientiæ, quia scientia est, quæ habet euidentiam sine formidine de opposito, & non est nisi verorum. Conscientia est summa credulitas de aliquo, quod sit verum, & est aliquod verorum, aliquando falsorũ, & ea stante ligat, ad non faciendum

Scĩa: Fides. Credulitas. Opĩo. Dubita. Scrup. Suspitio. Cãm.

dum contra causa. Nec refert vtrum quis ad talem credulitatem firmam inducitur argumento leui, vel probabili. quia etiam hæreticus, qui leui argumento deuiat à fide, ligatur conscientia erronea: licet quando ex argumento leui oritur, debeat credulitatem abiicere, vel contemnere, aut vincere: vt docebitur infra cap. 16. & 17. Scrupulus vero conscientiæ est, qui iam in principio huius capituli diffinitus est. Sunt præterea scrupulorum conscientiæ quidam, qui insurgunt ante factum. alij post factum solum inquietāt animum, ante factum insurgit scrupulus diuersis agibilibus, vel credibilibus: puta de licite Euchar. Sacramēto sumendo. de debito in matrimonio reddendo, qñ dubitatur de impedimēto legitimo. De contractibus rerũtemporaliũ practicãdo, de clericis concubinariis vitandis, & sic de aliis infinitis. Pari modo ex variis factis de præterito insurgunt diuersi scrupuli. Notando etiam quod scrupulus prædictus, à quibusdam vocatur erronea cõscientia, ab aliis pusillanimitas, ab aliis timor conscientiæ, quę omnia pro eodem recipiuntur, vel sibi proxima sunt. Est tamen erronea conscientia duplex. Primo eorum, qui nimis habent latam conscientiam, dicentes illud, quod malum est esse bonum, & bonum vice versa malum, de quibus Isaias. 5. ait. Ve qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Tales sunt similes illi, qui transire volens lignum transuersaliter super ripam positum, vt latius iter appareat: Berillos oculis superponit, sicq; latitudinem fictam pede calcare volens in aquam cadit. Alia proinde conscientia erronea est eorũ, qui nimis actã sibi formant cõsciētiã, aut scrupulos nimios: sicut Macabei putãtes se trãsgredi pręceptũ de sanctificatione sabbati, committendo bellum in necessitate in die sabbati, & mortui sunt mille homines à gentibus

Cõscĩa nimis lata.

In ocularia ĩgrossantia visũ

Cõscĩa nimis arcta.

occisi. 1.Machab.2.tales sunt frequenter illi, qui de nouo sunt conuersi ad Deum de peccatis, similes illi qui per pontem satis latum habent ire, iugum.n. domini suaue est, & onus eius leue. Matth. 11. & Psal. Pax multa diligentibus legem tuam domine, & latum mandatum tuum nimis. Quem tamen põtem mãdatorum Dei magus aliquis strictum ad paruitatem similitudinis fili, aut calami apparere facit, qualis magus est diabolus, qui hoc moraliter quibusdam solet facere, pręsertim quando viam morũ per purius medium respiciunt, scilicet stantibus eis in tali proposito & puritate, quod nec pro toto mundo, nec pro vita sua Deum vellent offendere.

Quam periculosa sit scrupulosæ conscientiæ tentatio: & quomodo deffert ab aliis tentationibus nouem modis. Cap. II.

PORrò hæc passio, seu tentatio scrupulosæ, timoratæ, seu arctæ conscientiæ, quæ ab aliis dicitur pusillanimitas, differt in nouem ab aliis tentationibus, & passionibus, seu defectibus animæ: propter quæ etiam plurimum est dura tentatio, & mala plura quandoq; ex ea proueniunt. Primo quia quædam sunt passiones forinsecæ in membris exterioribus, quædam vero intrinsecæ, & in interioribus, & talis est pusillanimitas, seu scrupulosa conscientia. vnde Deutero.3. Foris vastabit eos gladius, intus pauor. Secundo, quia quædam sunt, quas non incurrit quis nisi ex paucis causis. hæc vero causatur ex multis, secundum illud Iob. 14. Timebas nocte & die, & vndiq; terrebant te formidinis. Tertio, quia quædam sunt sine magno periculo. hæc vero valde periculosa est, quia est, via ad desperationẽ. dicente B. Bernardo, reprobis tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationẽ, perturbatio desperationem, desperatio vero interimit.

Expe-

Experimur enim in talibus accidere erroneis, quod euenit ei, qui per modicum lutum transire cauet, & ex inde in magnum lutum incidit, sic qui nimis vult vitare, quod pusillanimitas reputat malum, ali quando cadit in maius debitum, & ita ei arctatur via paradisi, sic quod per lutum vadit in infernum. Quarto, quia quædam sunt interpellatæ. hæc vero continua. Iuxta illud Deutero. 28. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ, mane dices, quis mihi det vesperam? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem. Quinto, quia quædam sunt facile sanabiles: ab ista vero cum violentia aliquem sanari oportet, propter quod Psal. tanquam insignum specialissime gratitudinis ait. Qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempe state. Sexto, quia quædam vitia deprehenduntur manifeste esse vitia, sed hæc passio frequenter vocatur virtus ab habente eam, eo quod scriptura dicit, beatus vir, qui semper est pauidus, & non cogitat hoc, quod alia scriptura dicit Eccl. 7. Noli esse pusillanimis in animo tuo, etc. Vnde quanto false putatur virtuosior, tanto est periculosior. Septimo, quia quędā passiones aliis non obsunt: sed ista alios multos nimis pusillanimes reddit, & timidos. Quo circa sub typo Deuter. 2. debellare volentibus dicitur. Quis est homo formidolosus, & corde pauidus, reuertantur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum. Octauo, dæmones quosdam passionatos plerunq; non multum infestant, sed per istam magis infestant sicut vrsus, & canis magis infestant bestiolas timidas, vt lepores, & ceruos. Sic etiam timiditas summæ dat audaciam hosti insequenti. Vnde Seneca in Epistola. 72. Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat timenti ex ad uerso. Ideo dicit Apostolus ediuerso. 6. ad Ephesios. Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, & post, vt possitis stare aduersus insidias

No 2.

Seneca

diaboli, innuens per hoc, quòd cordis confortatio multum valet contra dęmonum impugnationem. Eandem causam beatus Augustinus in regula sua, Prælatis dicit. In omnibus seipsum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, consolatur pusilanimus, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Homo, passiones quædam ad operationem multũ iuuant, vt spes, & amor, sed timor saltem inordinatus, & magnus, qui est apud scrupulosos multum impendit operationem, vt probat sanct. Thomas. prima secundæ. q. 44. art. 4. Tum quia rationem perturbat, ne possit cernere verum: sicut & ira. tum quia pigritiam inducit, tum etiam, quia casum corporis facit, & ab opere aliquo cœpto statim deficere, sicut siquis mordat super trabem in alto positã, propter timorem de facili cadit, nõ autem caderet, si incederet super eandem trabem in immo positam propter defectum timoris.

Augus.

Quomodo scrupulosa conscientia bona confert plurima. Cap. III.

VErum licet ex premissis appareat, quod ex scrupulosa conscientia pluria mala possunt euenire: tamen quia tali annexus est timor de peccando, & ne offendatur deus. Idcirco etiam multa bona eam habenti possunt euenire, nam valet nequis recidiuet in peccata, valet ad refrenationem proprij corporis, ad detestationem mundani honoris, ad cognitionem suæ fragilitatis, & ad augumentũ gratiæ, & virtutis. Primo inquam valet, nequis recidiuet in peccata. Vnde Hugo. de S. Victore lib. 3. de anima dicit. Si amor Dei te tenere non potest: saltẽ terreat & teneat te timore iudicij, metus gehenne, laqueus mortis, dolor inferni: ignis vrens, vermis rodens, sulfur fœtens, flamma tartari, & omnia mala. Ideo Psal. dicit. Seruite dño in timore, & exultate

Hugo de S.V. ct.

tate ei cum tremore. Vnde Cassiodorus. Breuis, & Cassio.
plena commotio, qua domino amabili de timore seruitur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit. Ideo etiam Iob nono, ait, verebar omnia opera mea sciens, quia non parcis delinquenti: & ecclesia orat. Non intres in iudicium cum seruo, etc. & Psal: delicta quis intelligit, etc. Si iniquitates obseruaueris. Secundo valet timor conscientiæ ad refrenationem proprij corporis, quem petebat Dauid dicens. Confige timore tuo, carnes meas, &c. Super quos glos. Ita imple me timore, & perfice hanc timoré, quem habeo, vt sufficiat crucifigendis carnibus, id est, vt velim, & valeam patibulum tuæ crucis imitari, carnes meas pro tuo nomine martyrij clauis figendas tradendo, confige, inquit, carnes meas: idest comprime carnalia desideria, & carnales concupiscentias, Ideo autem ait carnes, quia inde sciebat præuaricationem prouenire, & nota, quod ait confige: quasi dicat non solum religa, vt latronem, vel furem, sed confige, qui enim diligit testimonia configit carnes. ideo dicit timore tuo, quia timor legis hoc non valeat facere. Iam enim a iudiciis tuis timui, hæc glosa. Tertio valeat ad detestationem mundana in honoris stricta enim conscientia multis euenit ex amore, & timore Dei, quam offendere scienter etiam pro toto mundo nollent. Quamobré
Bernardus in quodam sermone ait, Cui Christus in- Bernar.
cipit dulcescere, necesse est amarescere mundum, &
Grego in moralibus. Sancti viri, quia nihil huius Greg.
mundi appetunt, multis proculdubio tumultibus in corde premuntur. Sic etiam scriptura dici Eccl. 10 Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timet Dei est. Quarto valet ad cognitionem propriæ fragilitatis. experiuntur enim tales scrupulosi, quòd sibiipsis non possunt sufficere ad lumen veritatis clare intuédum, licet in aliis difficultatibus interdum, sint subtilissimi. Noui ego quendá magnæ

Exemplum. sanctitatis, & literaturę, virum optimæ memoriæ, & in scholasticis argumentis valde clarum, qui tamen in horis dicendis, quàm in aliis, scrupulosissimus fuit: adeo vt quando, quod antequam salutationem angelicam semel finiret, etiam aliis ab hominibus sequestratus illud quinquagesies reinciperet, semper timendo, an verba integre, aut distincte dixisset, licet satis voce alta oraret. hic reuera propriæ fragilitatis euidens habuit experimentum: qui optimæ memoriæ existens antequam tam breuem orationem finiuisset, toties ambigere cœpit, ideo beat. Ber. super Canti. ser. 9. ait. Noueris te, vt Deũ timeas, noueris ipsum, vt ipsum diligas. In vno initiaris ad sapientiã, in alio consumaris: idest quia initiũ sapientiæ timor domini, & plenitudo legis est charitas, & quemadmodum àd notitiam tui, venit in te timor Dei: atq; ex Dei noticia incidit amor. Si ècõtrario de ignorantia tui superbia, & de ignorantia Dei venit desperatio. Alludunt præfatæ vtilitati ēt

Macr. Nota. dicta philosophica dicente Macrobio, in lib. de somno Scipionis. De cęlo descendit, vt ait quidam Gnothosolitos, id est scitote ipsum. Nam & delphici hæc verum fuit oraculi consulenti, cuidam ad beatitudinem quo perueniret. Si te, inquit, agnoueris: sed & in ipsius fronte templi hæc scripta sententia est. homini autem vna est cognitio sui, si originis suæ exordia prima respexerit, nec se extra quæsierit. Sic enim anima virtutes ipsas conscientia nobilitatis induitur, quibus post corpus erecta, vnde descenderat reportatur. Quinto valet ad radicationem, & consirmationem gratiæ, & virtutis. Nam Psal. ait,

Cassia. Initium sapientiæ timor domini. Quod declarat Cassianus, de institutis patrum, dicens, principium nostræ salutis, & sapientiæ, secundum scripturas est timor domini. De timore domini nascitur compunctio salutaris. De compunctione cordis procedit abrenuntiatio, idest nuditas, & contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas procreatur

tur. De humilitate mortificatio voluptatum generat. De voluptatũ mortificatione extirpans, atq; marcescunt oĩ vitia. De vitiorũ cõpulsione, virtutes fructificant, atq; succrescunt. De virtutũ pullulatione, puritas cordis acquiritur. Per cordis puritatẽ, Apostolicæ charitatis perfectio posside tur. vetus est S. Antonij sententia. Ratio autem dicti in Psal. Initium sapientiæ timor domini est, quia timor conscientiæ, quando est moderatus, cõsiliatiuus est, vt deducit Sanct. Thomas prima secundæ. q. 44. ex mẽte etiam philosophi. quia, vt idẽ tradit philosophus in 3. Ethycorum. Consiliamur de magnis, in quib. quasi nobis ipsis discredimus. Ea autem, quæ timorem incutiunt, non sunt simpliciter magna, sed habent quandam magnitudinem. tum ex eo, quia apprehenduntur, vt quæ difficulter repelli possunt. tamen etiam, quia apprehenduntur, vt de propẽ existentia. vnde hominis in timoribus maxime quærunt consiliari. veruntamen quando timor, vel quæcunque passio est fortis & magna: vult quidem homo consiliari, sed adeo perturbatur in suis cogitationibus, quod consilium ad inuenire non potest. Vnde in libro de Tusc. quest. Timor est excutiens cogitata, & mentem à suo loco remouet. Si autem sit paruus timor, qui sollicitudinem consiliandi iudicat: nec multum ratione perturbat: tunc potest etiam conferre ad facultatem bene consiliandi ratione sollicitudinis consequentis. Ideo prima Pe. 3. iubet subditis dicens. Cum omni modestia, & timore conscientiam bona habentes.

In quo quinq; causæ ponuntur scrupulosæ conscientiæ, & duæ declarantur. Cap. IV.

VIsis nam timoratæ conscientiæ, ac eius tam bonis, quàm malis affectibus videndum est de eius causis, quæ possunt esse quinq; videlicet. Cõ-

plexio ad timorem idoneam, ęgritudo maniaca, & malencholica; regiminis corporalis negligentia, tentatio diabolica, & societatis timidorum assistentia Quamquam, vt supra pręcedente parte secunda, cap. 7. patuit, sint alię causa positę quędam. Primo igitur aliquando scrupulosæ conscientiæ causa est complexio ad timorem idonea. Experimur enim frequenter frigidæ complexionis homines, vt puta fœminas vitulas, & malencholicos plurimum esse timoratos, sicuti contrario videmus iuuenes, & sanguineos, ac viros esse magnæ spei. Cuius rationem reddit S. Thomas vbi supra, quia secundum Damascenum. 3. Timor naturaliter cor confringit, sicut & frigida confringunt, & congelationem faciunt: ad quem motum contractionis imaginatio mouetur ad timoris dispositionem: ita vt concipiat quis aliquod esse futurum malum, & per consequens fugiendum.ècontrario autem spes mouet corda dilectionem, & quia iuuenes propter caliditatem naturæ habent multos spiritus, ideo in eis cor ampliatur, de amplitudine autem cordis est, quod aliquis ad ardua tendat, & ideo iuuenes sunt animosi, & bonæ spei. & quia in fœminis pręsertim malēcholicis, & similib. ad timorem sequitur cordis constrictio: consequenter tremere incipiunt, & patiuntur plus membra cordi colligata, ita vt titubatio fiat in voce propter vocalem arteriam, & tremor in labiis, & in aliis mēbris, in cuius signum dicitur. Mar. 5. de sanata à fluxu sanguinis per secretum tactum fimbriæ Christi. Mulier timens, & tremens sciens quod factum esset in se venit & procidit ante eum. Præfatorum etiā radicem tangit Alber. vt habes infra cap. 8. Secunda causa est aliquando ægritudo maniaca, & melancholica. quia quemadmodū complexionis defectus timorem augere potest scrupulosæ conscientiæ. sic pariformiter infirmitas aliqua capitis præsertim mania & melancholia, per quas quandoq; læditur ima-

Nota.

imaginatio. quandoq; ratio, & quandoq; memoria, vt tradunt Galenus, & Auicena. Est enim, vt inquiunt, mania infectio anterioris cellæ capitis cum diminutione imaginationis. Sed melancholia est infectio mediæ cellæ cum diminutione rationis. Differuntq; isti morbi solum impositione. Vterq; enim fit ex cholera nigra. frenesis autem fit in retribus, quæ sunt in medio ventriculo cerebri, & in cella rationis. Et vt videant quomodo tales infirmitates aliquando imaginationem turbant. aliquando etiã memoriam. & quandoq; rationis inducunt. Idcirco distinguens Galenus inter maniam, & melancholiã. refert de quodam melancholico, qui cum deberet custodire vasa vitrea sui Domini, vidit amicum trãseuntem, & dixit ei, vis vasa vitrea? qui respondit volo, proiecit ille vasa vitrea in terram, & fracta sunt, in quo non fuit imaginatio læsa, quia cognouit amicum. ratio vero fuit læsa, quia nesciuit vasa fragilia. Refert iterum de alio maniaco, qui cum fugeret patrem, & pater eum secutus esset conuersus ad patrem percussit eum. Cui pater, fili quare verberas patrẽ, & ille plorant cecidit ad pedes eius, scilicet patris, & veniam petit, in isto fuit læsa imaginatio, quia non cognouit patrem suum: ratio vero non fuit læsa, quia sciuit, quia non licuit verberare patrẽ. & quia in maniacis, vt idem subdit, & melãcholcis fit immutatio sensus, ideo maniacorum quidam plãgunt alij saltant, alij stultissima quasi verissima opinantur. Vnde timent se tangi ne rumpantur credunt se non habere caput: ranas in venter portare, dæmones videre, aut habere. Melancholicorum autem quidem pigritiam habentes, & grauedinem, amant solitudinem, & obscuritatem, & ab omnib. remotionem, immo communia quædam sunt omnibus melancholicis, & vltima & sempiterna, sicut tristitia, timor de re non timenda, certificatio terribilis rei, & timorosæ, & est sensus rei quæ

non

Galē. & Au.

non est. Item malencholici plorant, tristantur, timent, angustiantur, suspitiosi sunt, multum dormiunt, iacent in monumentis, quidam multum comedunt, & si semel retrahũtur omnibus diebus desperant, & quidem omnibus proprium est, quod sunt medicinæ desideratissimi. fiunt autem, & causantur tam mania, quàm melancholia proprie ex malencholicis cibis, ex tristitia, & timore, aut ex retentione sanguinis fluere consueti, aut ex nimia cerebri infrigidatione, & desiccatione, aut ex corrupto semine in viris, aut monstruoso sanguine corrupto in fœminis, causantur præterea ex inordinatis vigiliis, ieiunio, studio, solicitudine, seu solitudine, ac cogitatione profunda. Quidam etiam in præ fatis infirmitatibus plus laborant in defectu lunæ, propter quod etiam dicuntur energnimini, vel lunatici, hæc ex medicorum corporalium disciplina dixerim, vt causas timoris, quæ in omni scrupulo sit conscientia locum habere possunt medicus animæ videat, & morbo animæ facilius succurrere valeat. vult idem beat. Grego. in Past. cap. 4. Nonnulli læti vel tristes non rebus supple illatis fiunt: sed conspersionibus, idest complexionibus existunt, quibus profecto intimandum est, quod quædam initia, quibusdam consperionibus immixta sunt.

Residue tres aliæ causæ conscientiæ erroneæ declarantur. Cap. V.

TErtio causantur aliquando scrupulosa conscientia ex tentatione diabolica. Est enim cum diuina prouidentia permittit, vt tota cohors tradit theologorum in potestate dæmonis mouere melancholicos humores in homine per quos communiter imaginatio, vel ratio errare potest, aut turbari ad timorem inordinatum, vt antea dictum est.

Auicē. Refert idem Auicenna lib. 3. de melancholico morbo

bo dicens. Quibusdam medicis in sinu est, quod melancolia contingat à dæmone, quòd si contingat à dæmonio sufficit nobis dicere: scilicet vt conuertat complexionem ad choleram nigram, & sic causa eius propinqua est cholera nigra, siue sit causa illis choleræ nigræ dæmonium, aut non dæmonium. Confirmat idem authoritas euangelica quæ tradit Iesum lunaticos curasse. Math. 4. & ibidem. 17. ac Lucæ. 9. Curauit vnicum patris filium, quem secundum glo. tempore lunæ nouæ affligebat dæmon, vt lunam odibilem hominibus faceret, cuius lumine homines affligens ad insaniam perducere videretur: Super quo dominus Albertus, inquit, dici potest & melius, quod licet spiritus immundus huius afflictionis fuerit principium: tamen in affligendo humidum habuit corporis, & maxime capitis humidum, pro vexationis instrumento. Et quia in noui lunio corruptum in capite augumentabatur humidum, ideo in noui lunio plus torquebatur dæmoniacus luna, & ideo lunaticus dicobatur: Luna enim hanc virtutem habet in suo lumine, quod mouet humidum, & corrumpit humidum, quod putrefactioni est paratum. Et ideo periculosa fiunt apostemata animalium, quæ de nocte lumini lunæ exponuntur: hæc ille. Constat igitur quod dæmon sæpe timorem inordinatum causat, vt hominem tædiosum, & perplexum faciat, vt tactum fuit supra parte. 2. cap. 6.

Alber.

Virtus Lunæ.

Quarta causa est regiminis corporalis negligentiæ, quamuis enim longe maior sit habenda cura animæ, quam corporis, tamen non est negligenda cura corporis. Dicit enim Apostolus Rom. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam Deo placentem rationabile obsequium vestrum. Et prima Thim 6. Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi, etc. Cum autem constet ex prima causa timoratæ conscientiæ aliquam intrare melancholiam, & errorem in imaginatione, & ratione, quando

do in cibis & aliis, vt in aere se non regit debite. Idcirco, qui sibi in talibus non rationabiliter præcauent: videntur membra sua accomodare iniustitiæ. Quo circa Apostolus ad Rom. 6. ait. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis: sed neq; exhibeatis membra vestra arma inquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentis, & membra vestra arma iustitiæ. Sunt igitur plura quæ stolidi tamen, & amentiam, ac errorum inducunt sensibus, videlicet, crapula, & ebrietas. De quibus Lucæ 21. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula, aut ebrietate. Et Auicenna dicit libro tertio de stoliditate & amentia. Nihil est magis inimicũ sensui quàm repletio ex cibis, & humiditatibus. Et Eccl. 37. dicit increata sapientia. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulam multi perierunt, quia autem abstinens est adiicet vitam. Tradunt insuper philosophi, quod cum melancholicæ passio habeat accidentia periculosa, & timorosa. Idcirco in eis auferendis est studendum, vt contra suspicionem introducatur socialitas: contra corruptam imaginationem fida rationalitas, & memoria suspecta solerti ingenio auferatur. Accidentia similiter corporis, puta vigiliæ, studium, ieiunium solitudo cogitatiõ profunda non minus sunt auferenda ab eis, qui talia irrationabiliter exercent. Volunt hæc verba discretissimi, & abstinentissimi Hierony. quibus sic dicit. Non mediocritus errat, qui magno bono præfert mediocre bonum. Nonne rationalis homo perdit dignitatem suam, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati. quando, vel per immoderatam abstinentiam, vel indiscretam Psalmorum, vel officiorum decantationem,

Auicé.

Philosopho.

aut

aut amentiæ, aut tristitiæ: iste melancholiæ, quæ tristitiam inducit, incurrit notam? Audiant itaq; qui necessaria quoq; corpori subtrahunt illud quod per prophetam dominus loquitur. Ego dominus odiens rapinam in holocaustum: de rapina holocaustum offerunt, qui vel temporalium bonorum, siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria, corpus suum affligant, videant itaque quod Apostolus dicit. Carnis curam ne feceritis in desideriis.

Quinta causa Timoratæ, ac scrupulosæ conscientiæ est, aliquando societas timidorum coassistentia: nam vnus timidus, & scrupulosus alium facit scrupulosum. In cuius figura, vt supra tactum est. bellaturis Israelitis, sic Deus exercitui præclamare iussit, quis est homo formidolosus, & corde pauidus vadat, & reuertatur in domum suam: ne faciat pauere cor fratrum suorum: sicut ille perterritus est timore. Sic etiam Gedeoni præliaturo dominus ait. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: & qui formidolosus est, & timidus, reuertatur, vbi glos. formidolosus est, qui adolescentis vitio, antequam videat mala: sola cogitatione terretur: gelidam per membra formidinem voluens: vt non tam conspectu malorum, quàm audito, & expectatione soluatur. Ideo iuxta literam formidolosus corde dicitur. In corde enim, & in interioribus animi defixum manet hoc officium. Timidus autem est, qui primo aspectu ad ingressum trepidat non tamen toto corde terretur: sed reparari, & animari denuo potest.

Docet

Docet meditari morbum ſcrupuloſæ conſcientiæ & cauſas morbi aſsignat aliquas. Et de hoc ponitur Regula prima. Cap. VI.

ASſignatis cauſis formidoloſæ conſcientiæ: reſtat videre de conditionibus, quas habere debet medicus animæ: puta prudens confeſſor, aut conſiliarius, vt curet erroneum in ſcrupulis. habeat igitur quinq; videlicet. naturam morbi, & cauſas conſideret: infirmum talem non faciliter dure corripiat: ſpem, de curando morbo ægroto tribuat: pericula niſi ſequatur medicum inſinuet, & regulas ſcrupulum deponendi indicet. Primo inquam naturam morbi, & cauſas conſideret: tactas ſcilicet in præcedenti capitulo. Aut enim ſcrupulus veriſimiliter a cauſa vltima, aut à tertia, aut ab aliis tribus originatus eſt. Si ab vltima ſcrupulus cauſatus eſt. videlicet à ſocietate ſcrupuloſorum, ſeu ab eorum doctrina incauta, cauendum eſt pro tanto ab eis, velut ab errantibus in hoc. Dicit enim Chryſo. ſuper Pſal. Rerum natura ſic eſt, vt quoties bonus, malo coniungitur, non ex bono, malus melioratur: ſed ex malo, bonus contaminatur. Diuerſitas enim rerum nunquam poteſt habere concordiam: & multos ſolicitat ſocietas nephandorum. Ad idem eſt beatus Bernar. dicens. Vitioſus conſcientiam vitioſorum non refugit: & vbi omnes ſordent, vnius minime fœtor ſentitur. Quo circa Seneca in epiſtola quadam dicit. Nulla, inquit, res magis animi induit honeſtatem & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuerſatio: paulatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet: frequenter aſpicere, frequenter audiri. Et iterum cõuictus delicatus paulatim eneruat & emollit, neceſſe eſt enim, vt in iteris, aut oderis, vtrumq; autem euitandum eſt. Ne aut ſimilis malis

[Margin notes: Nota. (beside "turam morbi"); Nota. (beside "tos ſolicitat"); Senec. (beside "la quadam dicit")]

lis fias: quia multi sunt, ne vel inimicus multis, quia dissimiles sunt. Igitur cum iis conuersare: qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu poteris facere meliores. Si autem scrupulositas videatur surgere ex tertia causa. videlicet ex diabolica tentatione: succurrendum est per deuotam orationem, & per solicitam cautelam, ne complexio, aut naturalis corporis morbis, dæmoni cedet in instrumentum tentandi. Dicit enim Isidorus libro tertio de sum. bono. Diabolus, quando quempiam decipere quærit: prius naturam vniuscuiusq; attendit, & inde applicat: vnde aptum hominem ad peccandum inspexerit. Ideo bea. Grego. lib. 29. mor. sic pandit. Prius complexionem vniuscuiusque antiquus hostis prospicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius nunquam lætis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo igitur aduersarius occulta facile capiat, vicinas complexionibus deceptionis parat: quia enim lætitiæ voluptas insita est: lætis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facile latitur: tristibus poculum discordiæ porrige. Et qua timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat? & quia elatos extolli laudibus consp.cit: eos ad quecunq; voluerint blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis conuenientib. insidiantur, neq; .n. facile captiuaret: si aut luxuriosis præmia, aut auaris scorta pponeret. si aut voraces de abstinētię gloria, aut abstinētes de gulæ lubricitate pulsaret, si mites per studiū certāinis, aut iracundos capere per pauorē formidinis quereret. Ob hoc ēt philosophus secundo Ethi. inter regulas, quas pro virtutum insertione dedit: conari iubet: vt quisq; contra illud vitiū vigorosius pugnet: ad quod se plus, aut complexione, aut consuetudine titilari expetitur. Quòd autē dæmonem debilitet oratio, docet Beat. August. Oratio, inquit, est animæ sanctæ præsidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, Deo gratum obsequium

Nota. Nota. Isido. Nota. Nota. Orati° Nota.

exponendum est, vt sequenti capitulo declarabitur.

Quod in exercitijs corporalibus, vt ieiunio abstinentia non semper oportet mortem timere, sed corpus acriter castigari debet.

Cap. VII.

INterea nequis corpori contra spiritum plus quã decet improuide indulgeat; idcirco pro intellectu præfatę Hieronymi auctoritatis animaduertenda est conclusio Cancellarij Parisiẽsis Magistri Io. de Gersono cum suis declarationibus. Licet, inquit agere multa siue temporalia, siue spiritualia: per quæ abreuiatur vita corporalis, aut incurritur infirmitas, dum tamen hominis non directe, & immediate feratur super eo intentio, quod est abbreuiare vitam, vel infirmitatem incurrere, tanquam super finem vltimum; quodque non fiat præ fine prohibito, quemadmodum desperantes, vt Stoici consulebant. De his enim intelligitur auctoritas Hieronymi dicentis: Non differt vtrum magno, vel paruo tempore te interimas. Quod autem in multis liceat abbreuiare vitam, & incurrere infirmitatem modis tactis patet.

Primo quia si non, innumeræ sequerentur absurditates, scilicet quod studendũ esse cuilibet medicinam. Item cessare deberent laboratores, cursores, milites præcipue, & alij huiusmodi ab exercitijs licitis. Itẽ diuites deberent prouidere pauperibus in cibis delicatioribus. Et si pro illis corporalibus licenter morti se quis exponat: ergo a fortioribus pro spiritualibus acquirendis, seruandis, & recuperandis, ergo conclusio vera. Ex quo peccatum statutum Carthusieñ. de carnibus simpliciter nunquam comedendis esse licitum. Seruetur tamen Cart.

Hora. men illud Oratij. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Vltra quos citraq; nequit consistere rectum. Virtus enim non in medio indiuisibili: sed in tanta latitudine consistit, vt signum ad sagittã, & illud medium sapiens assignabit secundum philosophum. Ideo virtus, quam experientia gignit certius quàm ars operatur, & illud medium inuenit, quamquam ars, & doctrina multam conferant commoditatem studentibus in exercitio virtutum.

Nota. Sed veniamus ad bona spiritualia virtutum, & enumeremus expedibiles rationes propinquas: proppter quas licitum est vitæ, huius, moriẽdo detrimentum pati. Primo ad obediendum Deo. Secundo, ad satisfaciendum pro peccato. Tertio, pro iuuamine proximi charitatiuo. Quarto, pro euitando graui scandalo. Quinto ad acquirendum virtutes in se, vel in odio ad exercitium pro extirpatione vitiorum, vt carnis habeatur ad spiritum subiectio. De primo notum est, quod Deus potest hæc præcipere, vel ad hæc specialiter instigare, vt in martyribus, & in Sampsone. Immo vbi quis quereretur ad mortem, quia Christianus est, & non obligaretur se prodere: potest tamen in casu publicæ se morti offerre: sicut plures vltro se morti obtulerunt: velut legio. 10. millium martyrum, & B. Mauritij societas, ac alij. Tamen hic necessaria est discretio, vt quando & vbi: quia Christus iussit persecutionem fugere de vna ciuitate in aliam, vnctio docet ista.

Secunda ratio, quia satisfactio, & iustitia sæpe iubent multa fieri, per quæ abbreuiatur vita: vt patet de pœnitentiis publicis, & occultis. & iustissimum est ista deuote suscipere. De condemnato quidem ad mortem publice & iuste: dicunt quidam quod potest fugere, alij non. Et probabiliter tradunt oppositum, quod remanere tenetur, ne violet iustitiam, & sententiam; tamen quicquid sit, nõ dubium est, quin talis meritorie possit remanere & expectare mortem meritam; immo, vt videtur,

non

non impoſsibile eſt hominem adiudicare poſſe, vt ſe perimat per ſe, quod alteri facere licet. Cur igitur nō poterit quis per peccatis enormibus, quibus meruit mortem ęternam, ſuſtinere pœnam temporalem? Igitur ſatisfaciant hi pro peccatis præteritis, & præſentibus ſuis, & aliorum pro tempore miſericordiæ, vt vitetur infernus.

Tertiam rationem aſsignamus, charitatem erga proximum, imitatricem Chriſti, qui languores noſtros portauit. Sanctus Paulinus Nolanus epiſcopus pro viduæ filio ſe Pagano in ſeruum dedit. Et Sāctulus pro diacono morti ſe expoſuit. hac de cauſa ſunt religiones inſtitutę pro ſatisfaciendo pro ſe, & pro aliis. Et talis in corpore myſtico cauſæ, tenet locum plangentium. Igitur ſi merces magna eſt pro aliis pœnam ſuſtinere; licet conſequenter vitam abbreuiare. Animaduertite igitur de pluribus præſertim de virgine Antiochena, ac milite, de quibus loquitur Ambroſius libro de virginitate. Cur igitur carebunt præmio dicti religioſi, qui ſæpe purgati pro aliis dura corporis ſuſtinent, exercitia, & quodammodo animam ſuam ponunt. Iſtud eſt officium eccleſiaſticorum. Vnde arma clericorum ſunt ieiunia, & lachrymæ.

Relig. cāæ.

Quarta ratione ponitur euitatio ſcādali: pro quo etiam mors ſubeunda eſt. Si eſca, inquit, Apoſtolus, ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Vnde ponatur quis coram idolo, offerentibus idolotitha edenda habere, & non alia: quæritur. Nunquid prius eliget mortem, quam in ſcandalum fidei, talia comedere, & puſillos ſcandalizare: vt Eleazarus ſcriba conſtantiſsimus feciſſe legitur. Machab. 6. qui carnes porcinas, nec vere, nec apparenter guſtare voluit. Adhoc præcipue reſpexit apoſtolus cum ait. Caſtigo corpus meū, &c. quantum ad refrenationem, ne f e cum aliis predicauero ipſe reprobus efficiar. Iſte (heu) modus in perpaucis inuenitur: ſed pleno ventre, & qurſa re-

ferta Christus prædicatur. Iccirco non immerito eis dicitur: Medice cura te ipsum. Ex quibus etiam sequitur, quod in prædicatoribus, & curatis magis requiritur vitæ austeritas, & exemplũ. Infertur præterea quod Carthusien. in extrema necessitate potest abstinere à carnibus sine peccato: tum quia fratres præsentes, vel absentes scandalizaret, tum quia institutum est: vel quia non sufficienter firmi tentabuntur etiam extra necessitatem ita facere. Plures aiunt, quod non solum non possunt sine peccato: immo tenentur abstinere propter scandalum. Plus enim est anima proximi quàm corpus, & esca: quanto magis animæ, immo tota religio, vt quid pro membro pereunte, totum corpus mysticum detrimentum patiatur: quomodo daret totum vitæ florem pro fratribus, qui tanta cupidine partem marcidam cum aliorum detrimento detinere conatur? Non est miles strenuus, qui statim post plagas à prælio recedit. Sanctus etiam Martinus moriturus in

Mar cinere, & incilicio recumbens pro lecto: cũ peteretur ab eo, vt sibi sineret vilia stramenta supponi. Respondit. Non decet, inquit, filii Christianum nisi in cinere, & cilicio mori. Ego si vobis aliud exemplũ relinquo, ipse peccaui. Vbi autem nullum esset statutum etiam perpetuo astrictus voto: quod à carnibus abstineat in tali necessitate soluere teneretur. Quia nulla lex, aut constitutio purè humana potest absoluere, vel excipere, vel instituere quod non obseruetur lex diuina, quæ dicit: Non occides, pasce fame morientẽ: si nõ pauisti occidisti. Nec ad se minus, quã ad alios præceptũ illud extẽditur: tamen quia raro, vel quasi nunquã istæ necessitates debite concurruńt. Ideo rationabile est statutũ Carthusien. Constitutio etiam generalis Ecclesiæ est de non esu carnium in die veneris sine exceptione generaliter obligat: tamen in extrema necessitate, immo nec excusaretur ab homicidio si se, vel aliũ mori permitteret, vbi viuere posset: nisi proter gra

ue

ne scandalum, vt dictum est: & de votis simile est argumentum.

Quinto propter acquisitionem virtutum & exterminium vitiorum debilitare possumus corpus, immo vitam abbreuiare fas est. Salomon enim proposuit à vino abstrahere suam carnem, vt transferret animam ad sapientiam: Daniel & cæteri idé facere prophetarum, vt habiles essent diuinis reuelationibus. Proinde tradunt illud in contemplationibus experti, non posse animam ex Aegypto tenebrarum ad lumen terræ promissionis peruenire nisi per desertum fortis contritionis corporalis, quæ etiam à licitis abstineat. Et secundum beatum Gregorium. Nemo nouit apprehendere quod vltra ipsum est, nisi se eleuet à carnalibus, & corporalibus, propter idem ipse Gregorius in maxima ægritudine fuit. Inde est tanta charitas contemplatiuorum: quia omnes contritiones corporis refugiunt. Exigitur quippe talis sobrietas, non solum quæ peccatū exterminent, & seruet mandatum, sed multo asperior, quia per talia dilatatur cor ad superiora contemplanda. Charitas cōtéplationis.

Declaratur secunda & tertia doctrina medico necessaria, & multipliciter ostenditur quod in Deum sine inordinato timore sperare debemur. Cap. VIII.

SEcunda doctrina morali medico necessaria est: vt timidum & scrupulosum non faciliter dure corripiat. Nam ut dicit. Io de Camba. libro suo de consolatione the. In multorum talium timoratis cōscientijs nihil quasi mali culpæ esse videtur, sed solū error in intellectu, seu apprehensiua virtute, & multum de perfectione, scilicet de timore & amore Dei. Vnde non sunt deridendi talem infirmitaté habētes, sed magis laudandi, vtpote quos adeo vrget charitas & filialis timor Dei, quod pro toto mundo

nollent Deum ſcienter offendere peccato mortali: licet timor vehemens Deum offendendi:& dubitatio de agendis, nonnullos huiuſmodi in tantum perturbet,quod lepram, vel morbum grauiſſimum aliſi eligerent:vt à tali eſſent infirmitate ſupportati:quibus ob hoc multum compatiendum eſt; per duram enim inuaſionem terrentur amplius: & morbus,aut non medetur, aut inualeſcit amplius. Vnde beatus Petrus 1.Pe.3.tales benignisſime conſolans ait.Filiæ benefacientes, & non timentes vllam perturbationem: viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ vitæ.Talium piiſsimus fuit medicus Dei filius.de quo Matt. 12. allegatur vaticinium Heſaiæ.43.Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus,in quo bene complacuit animæ meæ, & ſequitur. Non contendet neq; clamabit,neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quaſſatam non conteret, & lignnm fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium. Super quo beatus Hieronymus ait. Qui peccatori non porrigit manum,nec portat onus fratris ſui. Iſte quaſſatum calamum confringit: & qui modicam ſcintillam cõtemnit fidei in paruulis, hic lignum fumigans extinguit. Dat ſimilem doctrinam B. Gregorius lib.2. Paſt.cap.4. dicens. Alter ammonendo Paſt.cap.4.dicens.Aliter ammonẽdi ſunt leti: atq; aliter triſtes.Letis inferrẽda ſunt inquit, triſtia, quæ ſequuntur ex ſupplicio,triſtib, vero inferenda ſunt læta, quæ promittuntur ex regno. Diſcant læti ex minorum aſperitate quod timeant: audiant triſtes præmiorum gaudia de quib. præſumant. Illis quippe dicitur. Væ vobis, qui rideris: quia flebitis. Iſti vero eodem magiſtro dicente audiant. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Hiero.

Greg.

Tertio, moralis medicus ſcrupuloſo ægroto de

cura

cura spem tribuat. Consolari enim debet, vt dicit vbi supra Io. de Cambaco. quod maximi viri hac infirmitate scrupulosæ conscien̄tię laborasse visi sunt: qui tandem curati fuerunt in toto, vel in parte, quorum complures magni doctores in sacra pagina effecti: in suis didicerunt vulneribus, quomodo alienis mederi possent, laborent vt bonam spem habeant, & audaciam laudabilem. Cōsiderando id quod docet sanc. Thom. prima secundæ. q. 45. per philosophum secundo reth. qui dicit. Quod causa audacię est cum in phantasia fuerit spes salutariū, vt prope existentium: timendorum autem, vt non existentium, aut longe existentium. Vnde quęcunq; sunt nata causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audaciæ, eo quod audacia timori opponitur. Est èconuerso, spes appetitus excellentis boni cum fiducia obtinendi, & hæc naturalis animositas constantia, seu audacia non æqualiter omnibus inest hominibus, sicut nec timiditas. Vnde dicit Alber. super quarto di. 30. quod huiusmodi animositas non sequitur spem, sed potius complexionem: sicut timor melancholiam, & huiusmodi. Est enim melancholia sicca terra, & frigida habens euaporationes nigras ad cerebrum liquidum, quibus imprimuntur terribilia phantasmata, & est in eis calor non sufficiens ad calefactionem cordis, & sanguinis: & cordis motum secundum Dyastolon, & ex sufflatione sanguinis, & spiritum in membra exteriora & corpus: & ideo manent destituta, & frigida & timida refugiente sanguine ad cor, & stante ibi. Et cum hęc complexio non sit in omnibus non oportet, quod omnes ęqualiter sint constantes, vel timidi. In mulieribus autem est multum timida complexio propter debile calidum, & vincens humidum: in quo cito profundantur terribilia, & calidum debile non sufficit calefacere cor, & sanguinem, vt prius dictū est. Vnde omnis mulier naturaliter est timida nisi sit per accidens, vt virgines quæ non timent. Hæc

S. Tho.

Melā cholia

Alber. Alber. Si quidem nimia tristitia deijcit à bonis animum, teste Salomone prouerb. xv. dicente: In timore animi deijcitur spiritus: & è conuerso. Eccl. xiiij. Felix qui non habuit animi tristitiam & non excidit a spe sua, ideo etiam nō est continue habenda memoria peccatorum, nec continue cogitanda Dei iusticia: immo sæpe præsertim timidis assumenda est spes in Deum, & fiducia, vt spes, quæ potior est virtus quam timor, in misericordia Dei respiret. Sunt autem quinque per quæ spes adiuuatur plurimum. videlicet diuinæ pietatis consideratio, mediatoris Christi incarnatio, mediatricis nostræ inuocatio, scripturæ sacræ attestatio, & sanctorum pia aduocatio. Primo valet diuinæ pietatis consideratio. Est enim creator noster, & opifex. Artifex autem naturaliter adeo opus suum diligit, vt illud vituperari vix audire valeat. De quo enim dicitur Sap. secundo. Diligis omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti. Quanto magis ergo diligit eum, quem ad similitudinē & imaginem suam creauit: & cui esse, gratis contulit. Cur bene esse per orationē quis ab eo non speraret? Est Deus noster etiam verissimus, & naturalis dominus. Diligunt autem naturaliter homines ea, quæ sua sunt, & conseruant ea, & si perdiderint, gaudent cum recuperant. Longe amplius similia Deus facere credendus est de homine, vt docet in parabola ouis perditę & dragmę. Lucę xv. vbi dicitur. Ita dico vobis gaudium erit in cælo, &c. Eandem præterea fidem seruare tenetur dominus seruo, quam vice versa seruus domino: Sicut igitur infidelis esset seruus, qui domino suo in necessitate non subueniret, cū posset, ita & Deus quod à diuina absit fidelitate. Certissime igitur credat se isti. prima Corint. x. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentū, vt possitis sustinere.
B. Mar Merito proinde B. Martinus percutiendus à latrone, & quæsitus si timuisset. Respondit se nunquam

magis

magis fuisse securum: quia sciebat misericordiam Dei maxime in necessitate affuturam. Et insuper Deus in tantum bonus essentialiter & misericordissimus: adeo vt petentes non minus velit à miseria liberari, quam ipsi liberari velint. Asserit hæc beatus Augustinus loquens de illo Christi verbo. Petite, & accipietis. Non tantum, inquit, hortaretur, vt peteremus nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare, quam nos accipere: plus vult ille misereri, quam nos a miseria liberari. Ad hoc pertinens est illa parabola de filio prodigo, Lucæ 15. Et illud. Si vos cum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris: quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se. Lucæ 5. Augu.

Secundo valet ad augumentum spei mediatoris Christi incarnatio, præbet enim, vt ait beatus Gregorius, apud Deum homini magnam fiduciam, Deus homo, Est nobis spes magna pœnitentibus: quia aduocatus noster factus est iudex noster prima Io. secundo. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et Roma 8. Christus Iesus est a dextram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Dicit etiam gloss. super illud psalm. Saluum fac populum tuum domine, &c. Ecce quanta spes credentium, cum pro eis orat, passus pro eis, & iudex eorum, factus est aduocatus. Clementiam hanc summam Christus noster aduocatus misericordissimus gratiose ostendit, cum sancto Carpo orante, vt duo infideles de hac vita tollerentur, sic Christus de cœlo veniens dixit. Percute contra me de cœtero. Paratus enim sum rursus pro hominibus saluandis pati: & hoc amicum mihi, non quod alij peccent homines: sed vide si bene habent mansionem in hiatu, & cum serpentibus commutare pro mansione cum Deo & bonis amatoribus hominum angelis; vt in exemplo refert beatus Dionysius in epistola ad Demophilum monachum. S. Car. Dio.

Tertio

Tertio valet ad ſpei augmentum mediatricis noſtræ inuocatio, quia ipſa eſt ut eccleſia canit Vita, dulcedo, ſpes, aduocata noſtra, Mater gratiæ, & miſericordiæ. Et iterum tu pietatis viſcera nulli claudis homini. Credo B. Bernar. dicenti. Securum habes acceſſus ò homo ad Deum, vbi habes filium ante patrem, & ante filium matrem: filius oſtendit patri cicatrices, & vulnera: mater oſtēdit filio pectus, & vbera. Nec ibi vlla poteſt eſſe repulſa, vbi tot charitatis occurrunt inſignia. Et iterum, Cum tù dignus non eras, cui filius Dei daretur, datus eſt Mariæ, vt per eam acciperes quicquid peteres. Sileat, inquit, idem Bernard. miſericordiam tuam, ò Virgo beata ſiquis inuocatam eam in neceſsitatibus, meminerit ſibi defuiſſe, reuolue totam ſeriem euangelij, & ſiquid aſperum, ſiquid durum inuenias in Maria, deinceps eam ſuſpectam habeas, & ad eam accedere verearis. Prudentiſſimus enim artifex Deus, humanum genus quaſſatum non confregit: ſed vtilius omnino refecit, vt nobis videlicet nouum Adam ex veteri formaret: & Euam in Mariam transfunderet. Et quidem vt omnis ſufficientia ex Deo ſit, poterat Chriſtus ſufficere: ſed nobis bonum non erat hominem eſſe ſolum. Congruum, inquit, magis fuit, vt vterq; ſexus adeſſet, quorum corruptioni neuter defuiſſet, & præpotens, & fidelis eſt mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Sed diuinum verentur in eo homines maieſtatem. Etenim Deus noſter ignis cōſumens eſt: ad quem veretur homo peccator accedere, ne ſicut cera fluit à facie ignis, ſic ipſe pereat à facie Dei. Opus igitur erat mediatrice ad mediatorem illum habere: nec nobis alter vtilior quàm Maria. Quid humana fragilitas ad Mariam trepidet: nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt, lac & lanam omnibus offert, & omnibus omnia facta eſt. hæc. B. Bernard.

Berna. Nota.

Quarto valet ſcripturæ ſacræ ateſtatio: quæ toties mouet ad ſpem, & ſperantes beatos aſſerit, &

nullibi, vel raro ad scrupulum: immo nunquam ad erroneam conscientiam. Nam Isaiæ.20. Quis ambulabit in tenebris, scilicet ignorantiæ, & non est lumen ei: speret in nomine domini,& innitatur super Deum suum. Psal.Speram in domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitiis eius. Spera, & ipse faciet. Et sperate in eo omnis congregatio populi:quia Deus adiutor noster in æternum. Et sperantem in Domino misericordia circundabit. Et iterũ.in Deo speraui non timebo,quid faciet mihi homo. Ex quo patet multiplex hominum sperantium in Dei vtilitas, videlicet diuitiarum diuinarum datio: orationum exauditio:Dei auxiliatio:misericordiæ circũdatio,& dæmonis,vel inimici mei detestatio. Sic Hierem.17.Beatus vir qui cõfidit in domino, erit quasi lignum, quod plantatur super aquas. Nec mirum: quia arbor spei in optimo loco, scilicet in summo bono, ponitur. Hæc spes est baculus non arundineus Aegypti:sed Sethinus,quo Deo innitimur.de qua Sap. secundo dicitur. Qui confidunt in illo, scilicet Deo,intelligunt veritatem.

Quinto ad eam valet sanctorum pia inuocatio. Iuxta illud Iob.quarto. Ad aliquem sanctorum cõuertere. Et illud Psalms Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi. Montes sunt viri spirituales. Ideo de eis B. Bernard.dicit. Tria sunt,quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter cõsiderare debemus. videlicet auxilium sancti,exemplum sancti; & confusionem nostram. Auxilum; quia potens in terra potentior est in cœlis ante faciem Dei. Si hic dum adhuc viueret misertus est peccatoribus,& orauit pro eis:nunc tanto amplius, quanto verius cognoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa patria charitate eius non immutauit, sed augumentauit, & nunc sibi potius induit viscera misericordiæ: cum ante fontem misericordiæ adsistat. Verisimile igitur est, & credibile valde,quod ij,de quorum pietate in via multum

cũ legimus, in patria iuxta necessitates diuersas intercessores piissimos habeamus. Tales præsertim fuerunt B. Nicolaus super afflictos, pia gestans viscera. Martinus, qui chlamydé diuisit pauperi. Catherina & Honofrius, ac alij, qui petiuerunt clementiam, & & gratiam supra eorum memoriam agentibus, vt de eis publice canit Ecclesia.

Nicol. Marti. Cathe. Hono.

Declarat doctrinam, & quantum obsint singularitas inobedientia & impersuabilitas. Cap. IX.

QVarta doctrina morali medico necessaria est, vt pericula nisi medicũ talẽ sequatur insinuet. quę pericula qualia sint & qui sunt fructus bonæ cõsciẽtiæ & quiete, dictũ est supra parte prima capitulo primo & secũdo. Sicut enim qui corporis medicũ non sequitur se mortis periculo cõmittit: sic qui scrupulosus est, si discretos, & sapientes, vel prælatos nõ sequitur, se discrimini multorum peccatorũ tradere non ambigitur. Ibi siquidẽ singularitatis vitiũ, immo superbiæ & sæpe inobediẽtiæ incurritur. Quam singularitatẽ vituperabilem tria ostendunt, scilicet scriptura sacra, sãctorũ dicta, & naturalis industria. Scriptura quidẽ sacra Nã prouerb iij dicitur. Habe fiduciã in domino ex toto corde tuo & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiẽs apud temetipsum, sed interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicẽt tibi. Deutero. xxxi. Et eccles. vi In multitudine præsbyterorũ prudentiũ sta: & sapientiæ illorũ ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis nõ effugiant te. Et si videris sensatũ, euigila ad illũ, & gradus ostiorũ illius exterat pes tuus Et iterum ibidẽ cap. viij. Ne despicias narrationẽ præsbyterorũ sapientiũ, & in prouerbijs eorũ cõuersarũ. Ab ipsis enim disces sapientiã, & doctrinã intellectus, & seruire magnatis sine querela. Et non te prætereat narratio seniorũ. ipsi enim didiceret à patribus suis quoniã ab ipsis disces intellectũ, & in tempore ne-

Singularitas

cessi-

cessitates dabis responsũ. Ratio autẽ, quare oportet inferiores & simplices sequi sapiẽtiores assignatur Sap.ix. quia cogitationes mortaliũ timidæ & incertæ prudentiæ nostræ. Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sẽsum multa cogitantẽ. Et difficile æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quę in cœlis autẽ sunt quis inuestigabit, quasi dicat paucorũ, hoc est, qui, scilicet sciũt scripturas põderare. Nõ eorũ, qui timore, amore, vel odio turbati: verũ à falso nesciũt discernere. Vult hoc dictũ. Sapiẽs prouerb.iij. dicẽs. Qui fortiter premit vbera ad eliciendũ lac, reprimit butirũ, & qui vehemẽter emũgit elicit sanguinẽ. Vbi glos. Vbera fortiter premis, dũ sacri eloquij verba, subtili pẽsas intellectu. Qua presione dũ lac quæritur butirũ inuenitur, qã dũ tenui intellectu quærimus, liberalitate æternæ pinguedinis inungimur. Quod nec sẽp nec vnq̃ faciendũ est: ne dũ lac quæritur sanguis sequatur, qã dũ verba diuina vltra modũ discutiũtur, in carnalẽ intellectũ cadũt. Sanguinẽ enim elicit, q vehementer emũgit, quia carnale efficitur hoc, quod nimia discussione sentitur. Idcirco ẽt prouerb.xij. dicitur. Qui confidit in cogitationibus suis impie agit. Ostẽdũt idẽ secundo sanctorũ dicta singularitas, scilicet vitiũ detestantia, quo quis proximorũ etiã sapientiorũ dictis nõ acquiescit. Dicit enim B. Bernar lib.xij. de gradibus superbiæ. Cũ singularis ex ijs, quæ singulariter & inaniter apud simpliciores eius opinio excreuerit, dũ miserũ beatificat, ipsum in errorẽ inducũt. Credit namq; quod audit, & quod intẽdit, nõ attẽdit, obliuiscitur intentionẽ, dũ amplectitur opinionẽ. Cũq; de omni alia re plus credit sibi quã alijs de se solo plus alijs quam sibi, & quidquid de se laudatũ nouerit, non ignorantiæ aut beneuolẽtiæ laudatorũ, sed suis meritis arrogãter ascribit. Vnde post singularitatem sex sibi gradus superbiæ arrogantia vendicauit. Post hanc præsumptio inuenitur, in-

qua

qua septimus gradus constituitur. Ad idem est Cassianus ex verbis Abbatis Moysi. Humilitatis non fictæ prima, inquit, probatio hæc erit. Si vniuersa non solum quæ agenda sunt, &c. vt positum est supra parte secunda icapitulo. 7. Prædictorum ratio tertia redditur ex primo libro cap. 3 Sumæ contra gentiles sancti Doct. Thomæ. Per gradus intellectum videmus, inquit, quòd duorum hominum, quorum vnius alio rem aliquam intellectu subtilius intuetur: ille, cuius intellectus est eleuatior, multa intelligit, quæ alius omnino capere non potest. sicut patet in rustico, qui nullo modo philosophiæ subtiles rationes capere potest. Sic pariformiter cum iuuenes, scientia, & moribus inexperti, in maxima distantia sint ab expertis, capere nequeunt necessaria consilia, nisi ab expertis manu ducantur. Miratur propterea B. Hieronymus in prologo Bibliæ, Cur imperiti, & noui, in sacris scripturis legem putent in eis omnibus, quæ dixerint: cum tamen in nulla alia arte, aut scientia quis docere audeat, quod diu prius non didicerit tempore, & experientia diutinis.

Exemplum.

Vltimam doctrinam exponit, & annumerat septē regulas, quas obseruare debent illi, qui nolunt crupulo as conscientias deponere rationabiliter: quarum hic tres declarantur. Cap. X.

QVinta doctrina morali medico necessaria est; vt scilicet regulas scrupulos deponendi indicet infirmo. In his enim eiusdem scrupulosæ cōscientiæ medicina curatiua latet. Sunt enim generales regulæ septem: quarum adminiculo erronea conscientia deponi potest, & debet, videlicet debita ad gratiam Dei præparatio: sollicita scripturæ sacr indagatio orationis deuotæ continuatio: opinionis

Septē regulę.

nionis alicuius doctoris tuta electio: humilis obedientiæ imitatio: scrupulorum animosa abiectio: & præceptorum discreta epykeisatio, quæ septem iubet habere æterna sapientia. Prouerb. secundo dicens. Si susceperis sermones meos,& mandata mea custodieris penes te. Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ. Si quæsieris eam,quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis illam: tunc intelliges timorem domini, & scientiam Dei inuenies. Prima regula innuitur ibi. Si mandata mea. Secunda ibi. Si quæsieris eam quasi pecuniam. Teria ibi. Si sapientiam inuocaueris. Quarta ibi. Si prudentiæ. Quinta ibi. Inclinaueris cor tuum. Sexta ibi. Sicut thesaurum effoderis illam. Septima ibi. Si susceperis sermones meos: subaudi debito modo. Prima igitur regula est: vt se quis ad gratiam quantum potest præparet. Dei mandata seruando: de peccatis omnibus,& singulis corde dolēdo, & eadem pure confitendo. Nam quicunq; facit,quod in se est: Deus infallibiliter ei gratiam infundit,& lumē doni sapientię,scientiæ,intellectus, & consilij ei tribuit: quibus iuuari potest ad depositionem erroneæ conscientiæ: pro vt supra late patuit parte secunda cap. 9. & 10. Volunt hæc verba prophetarum, Nam Ezechiæ 18.dicitur. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatib. vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et iterum de grauissimis peccatoribus Israeliticis in Syon & Hierusalem habitantibus, dominus Isa. 49. dicit. Dixit Syon dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum,vt nō misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego tamen nunquam obliuiscar tui: ecce in manibus mei descripsi te. Secunda regula est. Sollicita sacræ scripturæ indagatio. Si, inquit, quæsieris eam tanquam pecuniam, & sicut thesaurum effoderis illam. Scimus autem quod mercatores filij huius seculi, qui prudentiores sunt filiis

Nota.

Prima regula

Secunda reg.

liis

hijs lucis in generatione sua, summum studium habent acquirendi pecunias. Nam præceptorem primo tritum in arte sua, docentem audiunt. Secundo, in libris debitorum, & receptorum solicite student. Tertio, debita sua, & aliorum auxilia postulant assidue. Ad quorum certe similitudinem eadem facere tenemur. Primo enim præceptorem, seu magistrum discretum oportet, vt quis habeat, docet enim hæc Salomon prouerb. primo, vt detur, inquit, paruulis astutia, & adolescentulis scientia, & intellectus. Idcirco audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum & ænigmata eorum. Idem asserit Beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum dicens Intelligere in sacris scripturis sine prævio & monstrante semitam, non posse ingredi. Taceo de Grammaticis, Rhetoricis, Philosophis, Geometricis, Dialecticis, Musicis, Astronomicis, Medicis: quorum scientia mortalibus satis vtilissima est, & in tres partes scinditur. In doctrinam, explorationẽ, & vsum. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua quàm manu administrantur, vt sunt Agricolæ, Cementarij, Fabri Metallorum, Lignorumq; cesores. Lanarij quoque, & Fullones, & cæteri, qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricant, absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Sic etiam vas electionis Paulus post Damascum, Arabiamq; lustratam ascẽdit Ierosolymam, vt videret Petrum, & apud eum. xv. diebus fuit. Rursusque post annos xiiij. assumpto Barnaba & Tito, exposuit cum Apostolis Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Insuper ad pedes Gamalielis legem Moysi, & prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis postea doceret confidenter; Duodecim etiam annos Saluator impleuerat, & in templo sedens, de quæstionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat.

Secundo

Secundo exigitur, vt in lege Dei assidue pro posse studeat, quod tanta assiduitas fieri debeat, ostendit beatus Hieronymus tam viris, quam fœminis, tã religiosis, quam secularibus, immo adultis, & iuuenibus, ita d. in epistola ad Paulinũ cuius epistolę initium est, bonus homo. Semper ait, in manu sit sacra lectio. Et ad Rusticum. Nunquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber. Ama scientiã scripturarũ, & carnis vitia non amabis. Similiter ad Nepotianum dicit. Diuinas scripturas sæpe lege, & sæpius relege, immo nunquam de manu tua sacra lectio deponatur, disce quod doceas, optime, eum qui secundum doctrinam Apostoli est, fidelem sermonem vt possis exhortari in doctrina sana & cõtradicẽtes reuincere. Et ad Furiam de virginitate seruanda. Cum, inquit, comedis, statim tibi orandum illico, & legendum sic de scripturis sacris habeto fixum versuum numerũ. Istud pensum domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas, quã Calathum pectoris tui, hoc sub tegmine compleueris. Post scripturas sacras Doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurũ in luto querere, multis de margaritis vnam redime margaritam. Et iterum. O si videres sororem tuam, & illud sacrioris eloquium coram audire contingeret, cerneres in paruo corpusculo ingentes animos, audires totam veteris & noui testamenti suppellectilẽ ex illius corde feruere. Præterea ad Demetriadem virginem ait. Illud tibi nata Deo, ideoq; prę omnibus prædico & repetens iterũ, atq; iterũ moneo, vt animum tuũ sacræ lectionis amore occupes, nec in bona terra pectoris tui, sementem lolij, auenarumq; suscipias, ne dormiente patrefamilias innocuus homo zizania superseminet, & in fine eiusdem epistolæ. Finem, inquit, iungo principio, nec semel meminisse contentus sum, Ama scripturas sanctas, & amabit te sapientia. Dilige eam, & seruabit te. Honora illam, &

amplexabitur te. Hæc monilia in pectore,& in auribus tuis hæreant, nihil aliud nouerit lingua, nisi Christum; nihil possit seruare, nisi quòd sanctum est. Cui concordat illud prouerb. iiij. posside sapientiam, possiде prudentiam, ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te. Dilige eam,& seruabit te.

Tertio exigitur, vt auxilia ab alienis postulet, per orationem seu deprecationem. Non enim lectionis sacrę studium sufficit, sed exigitur vna cum deuota oratione studium, pro intellectu agendorum,& credendorum, vt ostendit Beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum.d. Quicquid alijs, scilicet, ab Apostolis & primitiuę Ecclesiæ doctoribus exercitatio, & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere solet, hoc illis videlicet Apostolis & similibus spiritus sanctus suggerebat, & erant, iuxta quod scriptum est, omnes docibiles Deo. Non enim semper sufficit studium, sed oratio coexigitur deuota, pro intellectu sacræ paginæ. Cuius rationem assignat beatus Augustinus ad Volusianum de incarnatione verbi. Tanta est, inquit, Christianorum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam ætatem maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere. Quid igitur in hac attinget conscientia, qui ferè totum vigorem ætatis suæ alijs impendit scientijs, solasque feces senectutis, huic profunde ministrat sapiētiæ. Ad hanc tamen sapientiam a multis orando citius quam studendo peruenitur. Optaui, inquit, sapiens, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Eundem aperit sensum beatus Augustinus in libro de videndo Deum capitulo primo, dicens. Qui didicerunt à domino Iesu Christo mites esse, & humiles corde, plus cogitando, & orando profecerunt, quam legendo, & audiendo. Patet hoc in barbaro isto Christiano, de quo reci-

recitat Augustinus libro de doctrina Christiana: qui literas ipsas, nullo docente homine in plenam notitiam; orando, vt sibi reuelarentur accepit, preuijs triduanis precibus impetrauit idem, vt codicem oblatum, stupentibus qui aderant, legendo percurreret. Tradunt & patrum historiæ de sancto Antonio simile, qui sine vlla scientia literarum, diuinas scripturas memoriter tenuit, fultus orationum suarum presidio. vt ibidem dicit beatus Augustinus. Ad idem Vgo de sancto Victore libro suo de anima dicit. Ad scripturę sacrę cognitionem, plus opus est interna compunctione, quam profunda inuestigatione; suspirijs, quam argumentis; crebris gemitibus, quam copiosis argumentationibus; lachrymis quam sententijs; oratione, quam lectione, & gratia lachrymarum, quam scientia philosophorum. Vgo de s. Vict.

Tertia igitur regula pro euasioni erroneæ conscientię quę est orationis deuotæ continuatio, patet ex premissis; & ex parte secunda. cap. viij propter quod sapiens ait. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. vij.

Deducit quatuor regulas & probat auctoritatibus antiquorum quod Doctoribus contraria sapientibus, licet bona conscientia vnam partem tenere.

Cap. XI.

QVarta proinde regula, est principalis opinionis alicuius doctoris approbati tuta electio. Sunt enim aliquando de aliquibus materijs moralibus doctores opinionum contrariarum, & tunc scrupulosi dubitant, quam partem possint cum bona conscientia eligere. Pro enodatione huius difficultatis notandum in primis, quod cum bona conscientia potest quis tenere vnam partem alicuius opi-

nionis & secundum eam operari, saltē excluso scandalo, quæ pars habet pro se notabiles, seu notabiliores doctores, dummodo talis opinio non sit contra expressam auctoritatem sacræ scripturæ, nec cōtra determinationem sacræ Ecclesiæ catholicę, dummodoq; ex cōtrarietate taliū opinionū non inducatur quis ad dubitandum, sed bonam conscientiam seu fidem sibi formet de probabiliori parte, præcipue in tali casu quando quis adhibet diligentiā inquirendo an liceat, nec inuenit aliquid, quod eum sufficienter moueat ad hoc, quod sit illicitum. Patet illud per Doctorem sanctum in quęstionibus de quodli. quodlibeto iij. q. x vbi dicit, quod quando diuersæ opiniones doctorum Sacræ scripturę non pertinet expresse ad fidē, & bonos mores, tūc absq; periculo auditores vnam sequi possunt. Ibi enim locum habet illud Apostoli ad Romanos. xiiij. Vnusquisque in sensu suo abundet. Et iterum ibidem de illo, qui assentit opinioni magistrali, quæ non est manifeste cōtra scripturæ testimoniūm, nec contra illud, quod publice tenetur in ecclesia, nequaquam hunc condemnat. Vnde idem doctor in pluribus locis etiam in materia morali ad salutem necessariam tenet opinionem vnam, & alij Docto-

Exépl. res notabiles tenēt contrariam, vt quod post lapsū in peccatū mortale non oportet aliquem statim confiteri sub præcepto habita copia confessoris. Hæc opinio determinatur in quarto d. xvij. & tamen contrariæ opinionis est Vgo de sancto Victore, & s. Bonauentura. Similiter dicit sanctus Doctor ibidem, qui si parrochianus confiteretur fratri habenti auctoritatem episcopi, monenti parrochianum, vt psbrō suo confiteatur, tunc etiā si talis confessus nolit fratri acquiescere, adhuc debet eum absoluere, & tamen contrarium eius, tenent plures doctores. Nec obant ea, quæ dicit. quodlibeto xiij. q. xij. Vbi dicit sic. Quando duæ sunt opiniones contrariæ de eodem oportet alteram esse veram, & alteram falsam.

ſam. Aut ergo ille, qui facit contra opinionem magiſtrorum, vtpote habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic, cum faciat contra legem Dei, nõ excuſatur à peccato, quamuis non faciat contra conſcientiam, ſic enim contra legẽ Dei faceret. Hęc verba ſancti Tho. non poſſunt intelligi niſi de illis, vbi manifeſte patet ex ſcriptura, vel eccleſię determinatione, quod ſit cõtra legem Dei, & non de illis intelligit, vbi illud non apparet. Sicut ſeipſum declarare videtur ſupra tacto allegato tertio quodlib. q. x. Alias enim ſibi contradiceret in eodem libro. quod non eſt credendũ. Ex quibus ſequi videtur expreſſe, quod non oportet ſemper tutiorẽ opinionem eligere de neceſſitate ſalutis, ſed ſufficit tutam eligere. Nam tutior eſt gradus comparatiuus præſupponens poſitiuum, ſcilicet aliam tutam eſſe opinionem. Patet illud, quia tutiores videntur eſſe opiniones præfatæ aliorum, quam quas ſanctus Thomas ibi tenet. Item patet ex argumento ſuo vbi ſupra quodlibeto. iij. q. xix. vt tactum eſt, quando aliquis propter contrarietatem doctorum, adhibet diligentiam, inquirendo de veritate, nec reperit quod ſufficienter eum moueant argumenta cõtraria, licet talem moueant quædam leuia, quę in quarto diſt. xviij. in quæſtione literali docet abijcienda eſſe, & conſcientias in contrarium informandas. Nec mirum, quia per talem diligentiam videtur homo facere, quod in ſe eſt, vt patet ex parte ſecunda. c. ix. & x Ad idem videtur eſſe quodlib. iiij. xiiij. Vbi quærit. Vtrũ vitari debeant illi excõmunicati, circa quarum excõmunicationem ſapientes cõtraria opinantur. Reſpondetur quod excommunicationis aliquorum dubitatio autem præcedit, ſententiam iudicum, aut ſequitur ſi præcedit puta ſi non dicitur eſſe declaratum per iudicum cenſuras illos eſſe excommunicatos. tunc non ſunt vitandi, quouſque certo iudicio terminetur. In hoc enim caſu verum eſt, quod dicitur, quod in mitiorem partem

interpretari debet animus boni viri dubia. Vnde Deutero. xvij. Si difficile & ambiguam apud te iudicium esse perspexeris, & iudicum intra portas videris verba variari: venies ad sacerdotes, & iudicem, quęresq; ab eis, & quęcunque dixerint; sed si ambiguum oriatur post concordem iudicum determinationem, magis standum est sententiæ iudicum, vt probat ibi. Ecce quomodo doctoribus contrariantibus, licet istum pro non excommunicato habere, & non vitare.

Secundo patet principale per Altisiod. quem allegat Cancell. de Gersono. Tractatum de pollitione. Dico, inquit, cum domino Vuilhelmus Altisiodorensi, quod regula magistralis, videlicet dubitans de aliquo an sit illicitum, & stante dubio, illud agens, peccat, quia discrimini se committit. Istam regulam intelligendam, esse de dubio tali, quod est vehemens, aut magis, aut ęque inducit mentem credere, quod est mortale illicitum, sicut quod est licitum. Secus enim est vbi mens plus inclinatur, & iudicat quod est licitum quam illicitum, quamuis non habeat vsquequaque certitudinem euidentem, aut fixam, quia nec hoc ipsum requiritur. Videbitur de hoc infra latius cap. xxiij. xxiiij. & xiij.

Tertio patet illud per plures antiquos Theologos, & Canonistas deuotione & literatura multum famosos. Dicit enim Vlricus super secundo sent. distin. xxij. & concordat in summa, quem Vlri. Ioan. in summa valde commendat. Dicit inquam, vt supra dictum est, quod si quis de aliquo dubio, magis peritos consuluerit, de quo nulla habet auctoritatem expressam, vtrum ita sit vel non, dummodo formet sibi bonam conscientiam, postquam magis peritos consuluerit &c. etiam si res aliter se habuerit quam ipse sentit, excusatur. Fecit enim quod potuit. Deus autem nihil impossibile requirit ab homine. Hęc ille. Nam ibidem ęquiparat istum casum

casum

casum ignorantię inuincibili: & omnino inuoluntarię, quia scire non potest. Ad idem est Monaldus in prologo summæ suæ dicens. Non generatur aliquod præiudicium erga veritatis sententiam, cum inter diuersas opiniones à magistris, & approbatis doctoribus scriptis autenticis annotatas illam opinionem quis amplectitur, quæ sibi videtur magis consona rationi. Vnde etiam Humbertus in expositione constitutionum ordinis prędicatorum dicit. Quia fructus animarum impediri solet per nimiam austeritatē in consilijs & opinionibus, terrentur enim ex hoc homines in tantum vt salutem negligant, idcirco relaxanda est quantum fieri potest, austeritas, & agendum est benignè cum hominibus, quia sic melius trahuntur ad salutem, cum sententiæ mitiores tenentur. Hæc Humbertus. Et concordat Hostien. qui dicit, extra de cogna. spirituali in glos. super capitul. Sed vir; quod vbi sunt diuersæ opiniones & diuersa iura, semper humanior est præferenda, idest rationabilior, immo & æquior, extra de transact. capitulo finali. Vbi vero vtraque humana est parti minori, standum est & saniori. Ad idem est Vuilhel. Glos. Ray. de sententia præcepti, diffinitionis, & excommunicationis capit. xxiiij. di. In apicibus iuris, vbi dubitant etiam sapientes, excusabilis est ignorantia. Vbi si aliquis bona fide partem illam, vel illam elegerit, non debet super hoc conscientiam habere nimis scrupulosam. Idem item Vuilhel. Vbi supra in materia de decimis, recitans duas opiniones dicit, quod illa prima opinio, scilicet quod antiquas decimas sine peccato in feudis retinere possunt laici, & quod ad hæredes transeant, benignior est, & ideo magis amplectenda. Item reperi in libris veteribus ordinis nostri Prædicatorum responsa plura quę data esse videntur à domino Alber. eo adhuc viuente, quæ sic sonant. Item dicit idem, quod frater simplex, vel quilibet homo cum salu-

te poteſt ſequi in conſilijs quamcunque opinionem voluerit, dummodo alicuius magni Doctoris opinionem ſequatur. Idem in ſententia alibi reperi ab eo dictum fore in ſcriptura ſilere. Patet igitur propoſitum ex antiquis ſatis, tam theologis, quam iure peritis.

Probat idem auctoritatibus magis modernorum doctorum. Cap. XII.

PRobatur idem auctoritatibus modernorum theologorum famoſorum. Nam ad idem Goffri. de fon. quodlibet. ix. quæſt. xvj. Vbi quęrit an cõfeſſor teneatur facere conſcientiam de peccato, de quo confitens non videtur habere conſcientiam. Et dicit, quod ſi quis confitens non habet conſcientiam de aliquo actu, quem confeſſor opinatur eſſe peccatum, puta de vitalitijs, de multitudine beneficiorum, & ſimilibus, quando confitentis talis opinio non procedit ex proteruia, ſed ex probabili ratione, debet eum confeſſor generaliter in forma eccleſię abſoluere, maxime confeſſor ordinarius, niſi eſſet peccatum tale, quod certum, & manifeſtum eſſet communiter illud peccatum eſſe, nec de hoc ſint opiniones contrariæ, quæ ab eccleſia tolerãtur. Sed ſi non ſit manifeſtum, & quando circa hoc ſunt ſapientum opiniones contrarię, tunc proponere debet confitenti, quod bene ſtudeat de hoc ſeipſum per prudentes informare, quia talia contra hoc dicuntur. Maxime tamen hoc debet facere, ſi ipſe confeſſor ſit illius opinionis, quod hoc ſit peccatum.

Nota cõfeſſ.

Bern. Concordat etiam in principali Bernar. Claromontenſis in replica contra Goffri. eadem quæſtione dicens. Si ſunt opiniones inter magnos Doct. dicẽtes, quod ſit peccatum. Alij vero dicunt quod non, tunc debet in tali caſu conſulere aliquos, de quorum iudicio confidit, & ſecundum conſilium diſcretorum facere, & peccatum reputare, vel non reputare.

Ex quo enim opiniones sunt inter magnos Doctores & ecclesia non determinauit alteram partem, teneat quam voluerit, dummodo iudicium in hoc resideat propter dicta eorum, saltem quos reputat peritos. Ibidem tamen addit contra Goffri. quod non refert, an confessor sit ordinarius vel non; dum modo habeat auctoritatem audiendi talem. Pari modo respondet Petrus de palu. super quarto distin. xvij. ad similem quęstionem dicens. Si confessor dubitaret vtrum illud de quo alius non pœniteret, esset mortale, & iste sibi diceret, quod de consilio peritorum illud faceret, de quibus ex vita & conscientia probabile esset, quod non consulerent nisi bene, potest se illo iudicio cõformare. Secus autem esset, si esset certus de opposito. Cum pręmissis omnibus satis concordare videtur Henri. de Gan. quodlib. primo quæstio xxiiij. dicens. Quędam sunt peccata mortalia, non diuina lege expressa, sed iuxta ea, quę expressa sunt, ex industria rationis inuestigari possunt, & talia tenetur magis distincte scire vnus quam alius secundum personarum distinctionem & gradum, & aliqua magis quam alia, secũdum quod ad expressa magis appropinquant, sicut est in articulorum notitia, quamuis non sit omnium scire, quę horum sunt mortalia, & quæ non. Quia delicta quis intelligit. Tamen ad hoc tenetur quilibet, quod cum in dubium venerit, an aliquod quod faciẽdum est, sit mortale, vt requirat peritiores, aut de ipso, vt de mortali pœniteat. Vt de ipso locum habeat illud Gregorij. Piarum seu bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa non est. hæc Henricus. Nec contradicit sibi ibi Bern. Claromon. qui contra eiusdem magistri Henric. dicta replicauit. Igitur consentire videtur. Concordat Ioannes de Cambaco tam in de consolatione Theologię libro quarto capit. viij. Quàm in quæstionibus de culpa & gratia: d. in de consolatione. In dubijs bonorum virorum vita, alijs viuẽdi debet esse regula.

regula. Est igitur respiciendum ad facta bonorum virorum & discretorum, & si plures tales, vel in pluribus, casu tali eis occurrente, sic vel sic se habere inuenires aut ęstimatione tua iudicares, tunc & tu similiter agere non formides. Dicis forte in contrarium, tales viri & si bonam habent conscientiam, non tamen scientiam, vel si scirent, quod vtrunque haberent, forte non sic facerent. Sed respondeo quando non est omnino certum, probabile tamen est, & modicum dubium, quod simul scientiam habent, & bonam conscientiam, & quod ita se haberent, si casus tales eis occurrerent, tamen pro excusatione noueris satis esse si similiter feceris. Nempe in moralibus & circa humanos actus non est demonstratio requirenda. Si quis enim certam notitiam in huiusmodi requireret, nō minus erraret, quam si in demonstratiuis scientijs, de apologis, aut argumentis topicis, siue persuasionibus rhetoricis contentus esset. Hęc ibi. Ad idem est Adam super quarto distin. x. Pro enodatione etiam scrupulosarum conscientiarum clarius adhuc cum prędictis concordando dicit Ioannes de Erdenberch nostri ordinis Doctor satis antiquus exemplificando de materia communicandi super quarto dist. ix. tam in prima lectura quam in secunda super sententias. Qui, inquit, non haberet peccatum mortalem, tamen crederet se habere, aut credit hoc firmiter, ita quod est quiescens in illa opinione, accedendo ad Eucharistiam peccat mortaliter. Si autem probabiliter credit se esse in peccato mortali, sed non firmiter, nec aquiescit vt si alicui dure locutus est, & cogitat, tu peccasti mortaliter, sed tunc statim retrahit se, & dicit intra se non esse peccatum mortale, non est verum, & tamen non sufficienter potest se retrahere, quin sibi occurrat. Dico quod in tali casu, bene potest accedere tamen semper retrahendo opinionem suam, quia enim Deus non exigit ab homine impossibile,

Oppo.

Rñ.

Erdenberch.

Exēpl

sibile, & non potest se retrahere: ergo potest bene accedere, tamen semper retrahendo opinionem suam. Similiter idem dicit in lectura sua prima: in exemplificando de fractione silentij in religioso. Iste, inquit, qui non acquiescit incredulitate sua, sed quasi in quadam timiditate, timet se habere aliquid peccatum, quo efficiatur indignus ad receptionem Eucharistiæ. Sicut si non credat simpliciter esse mortale loqui in claustro, sed timet, quod frequentia aliquo modo potest esse mortalis, & ipse frequenter in claustro locutus est, & tamen non simpliciter credit hoc esse mortale, sed timet talis non peccat. Immo etiam quilibet cum quodam timore debet accedere ad hoc sacramentum, reputans semper se indignum esse, facta tamen diligenti discussione conscientiæ suę. hæc ibi.

Ostendit idem rationibus. Cap. XIII.

VSque modo probatum est auctoritatibus doctorum, quod non quodlibet dubium facti, sufficit ad causandum peccatum mortale, quando quid agitur illo dubio stāte nec quodlibet dubium iuris. Nunc quidē probatur rationibus partim Cancellarij tractatu de contractibus. Nam in casu Decretalis extra de sentent. excommunicationibus capitulo inquisitione. Si vxor incipiat per nouam informationem dubitare an attineat viro suo in gradu prohibito: quo dubio stante, petat vir debitum, quid tunc aget vxor. Si enim negat, est in periculo transgressionis iniustæ, spoliando virum corpore, in quod ius habet. Si vero attineat viro suo, & concedat est in periculo mortalis luxuriæ. Respondet vbi supra Innocentius Papa tertius, quod si scit impedimentum, nec reddere debet, nec exigere, etiam si excommunicaretur. Si autem non scit pro certo, sed credit esse impedimentum, tunc aut conscientiam habet ex credulitate probabili, & discreta Quęst.

Rń.

ſcreta, quamuis non euidenti & manifeſta; tunc debitum poteſt reddere, ſed non debet exigere, ne in adulterio, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientię committat offenſam. Aut conſcientiam habet ex credulitate leui vel temeraria, tunc ad ſui paſtoris conſilium, conſcientia tali expulſa, vel depoſita. licite poteſt exigere, & reddere. Et gloſa ſuper verbo probabili quærit. Sed quid dices probabile? Reſpondet. puta quia vidit virum ſuper cõſanguineam ſuã in locis ſuſpectis, in hora ſuſpecta, ſolum cũ ſola, ante matrimoniũ, huiuſmodi præſumptiones probabilem inducunt credulitatem, vel quia publice dicitur ab omnibus. Ad hoc facit, de prẹſumptionibus trito. & capitulo literas. Similem caſum tangit magiſter in quarto diſt. xviij. & ſanctus Tho. in quæſtionibus ibidem literalibus, vbi ſic dicit. Quid mulier faciet, quæ virum in aliena terra defunctum putat & alium ducit? quid inquam faciet de reddendo debitum ſecundo viro. Reſpondet Magiſter in textu, quod excuſatur, ſi caret opprobrio malæ voluntatis. Tho. ibi & Pet. de Taran. & Pe. de palu. & Albertus, diſtinguũt præciſe ſicut in pręcedenti caſu Innocẽtij. Ex quo oportet, quod non omne dubium vel ſcrupulus liget ſic, quod non poſſit facere in contrarium. Secundo probatur propoſitum principale. ponatur enim caſus, qui eſt creberrimus, quod dubium ſit apud doctores aliquos ex vña parte quod aliquid debeat agi, dicentibus alijs in numero pari contrarium, quod oppoſitum fieri debeat. Nã hoc in facto ſciſmatis cõtendentium de Papatu ſæpe fuit. Nunquid tunc ſcrupulus quilibet aut dubium habentem ligat ad cauſandum mortale peccatum. Nemo hoc aſſerit, ſed obediendum eſt, vt in dubio ſuperiori dictum eſt, & probabitur cap xvij. & probatum eſt ſupra capitulo ix.

Præſũptio probabilis

Alius caſus.

Caſus.

Tertio ad idem. Non plus nocet homini errare in articulo fidei, qui non eſt declaratus adhuc ab ecclesia,

clesia, quod sit articulus de necessitate credendus, quam nocere possit actus moralis contra aliquod agibile perpetratus, qui actus non dicitur esse certus ex scriptura, aut determinatione ecclesiæ quod sit illicitus. Patet hoc. quia fides est tā necessaria sicut morales virtutes, si non amplius, sed constat cōmuniter apud theologos, quod in materia fidei, dum doctores sentiunt contraria, licitum est ante determinationem ecclesiæ sæpe tenere vnam partē vel alteram, sine periculo peccati, vel fidei, vt patet in abbate Ioachim, qui tenebat contrariū magistro senten. pro quo ecclesia postmodum determinauit, extra de sancta Trinitate capitulo damnamus. Nec tamen dictus Ioachim in hæresim incidit aut perfidiam. propter hoc, vt ibidem tangitur, quia dicta sua omnia subiecit correctioni ecclesiæ, cui obedire paratus erat, si aliter determinaret, sicut & determinauit. Igitur à simili licet vnam opinionē etiā in alijs moralibus tenere iuxta limitata superius, & limitanda inferius, vbi saltem magis sapientes sentiunt contraria, & vbi quis paratus est obedire ecclesię & scripturę, si ei errorem explanauerit.

Quarto patet idem in materia insolubilium, vt si Titius iuret si accepturum Bertam in vxorem, si primum verbum, quod dixerit, fuerit verum, & nullo modo accipiat, si dicat falsum. Tunc dicat Berta hanc solā propositionē: tu non accipes me in vxorē Quæritur quid aget Titius? Si enim non accipiat periurus est, quia Berta dicit verum. Hęc tamen relinquenda sunt logicorum exercitijs. Et cōcludēdū est ex prædictis omnibus, quod probabilis certitudo sufficit in moralibus, vt non exponat se quis periculo, vt sicut dicunt doctores de celebrante missam & similibus, vbi requiritur status gratię, quod sufficit probabilis coniectura, quia certitudo alia sine reuelatione non habetur, prout in moralibus dicit Aristo. sumendum esse certitudinem figuraliter & grosse, quæ certitudo non remouet omnem

Quarto insolubi.

Certitudo pbabilis

omnem improbabilitatem, vel opinionem alterius partis: licet magis declinet ad istam quam ad aliã, quod sufficit. Verba sunt pene per totum Cancellarij, in tractatu de contractibus,

Quinto. Nam secundum philosophum, falsum sæpe est apparenter probabilius quam verum. Quid est ergo, quod aliqui ita statim auditis argumentis credere volunt, quod audiunt dubitare vbi prius non dubitant. Non itaque oportet semper terreri, quando aliquis sentit vel aliqui tenent contrarium vnius opinionis quæ à sapientibus tuta iudicatur etiam si non tutior appareat. Ex præmissis prætere a duobus sequitur capitulis, quod inter contrarietatem opinionum eligens vnam partem, tunc securus esse videtur in conscientia, Primo, si opinio, quam sequitur, non est euidenter contra sacram scripturam, vel determinatione Ecclesiæ. Secundo si sciat per se, vel per alium, cui credit probabiliter rationes contrarias soluere, quas videt, aut si sciat, eas alios prudentes contemnere, aut abijcere, aut latius docebitur infra cap. xviij. Tertio, si contentatur in certitudine ciuili, vel morali, vt infra tangetur. Quarto, si mentem habet quod determinationi Ecclesiæ in casu, quo declaretur per eam, velit acquiescere, & in materia quæ est præiudicialis, tunc restituere, vel satisfacere. Quinto, si ibi pro tali opinione format pro posse bonam conscientiam.

Primo

Per quinque conclusiones & per alia manifestat quæ certitudo sufficit in morali materia non se committendo periculo.

Cap. XIIII.

Restat pro declaratione huius materiæ, quæ certitudinem moralem tangere dignoscitur, quasdam conclusiones ponere Cancellarij. Quarum

prima

prima sit ista. Dubitans de aliquo an sit mortale, & stante illo dubio agens, tunc peccat mortaliter, & discrimini se committit, quando dubium illud est vehemens, aut magis, aut æque saltem inducit mentem credere, quod est mortale illicitum, sicut quod est licitum. De illo enim potest intelligi illud eccles. iij. Cor durum male habebit in nouissimo, & qui amat periculum, in illo peribit. Secus autem est, vbi plus inclinatur quis, & iudicat quod est licitum quam illicitum; quamuis non habeat vsquequaque certitudinem euidentem, aut fixam, quia nec hoc requiritur, vt patebit infra. Prima conc.

Secunda conclusio. Non omnis deliberans agit ex deliberatione, sicut non omnis ignorans, aut contemnens agit ex ignorantia, vel ex contemptu. Potest enim aliquis progredi in actum primorum motuum antequam deliberat quid agendum, non tamen ex deliberatione aget, sed effreni appetitu & motu passionis. Dicitur autem aliquis agere ex aliqua causa, quando si non esset illa causa, ipse ab agendo cessaret accipiendo agere large, prout ab omittere extenditur. hanc conclusionem posui, propter quosdam timoratæ conscientię, qui quando agunt ad extra, vel loquuntur aliquid contra quod murmurat interior imaginatio, vel cogitatio, putat, quod tunc semper exterior actus procedat ex deliberatione, quod non est verum. Secun. concl.

Tertia conclusio. qui inter diuersorum opiniones doctorum fluctuat, si vult aliquid in eadem materia secure agere; debet certus esse illud esse bonum, nec virtuti contrarium, sed multum refert, qua certitudine. Sufficit nempe certitudo moralis, qualem notauimus, & sequenti capitulo plus declarabitur, vt scilicet vel non sit quis in peccato, dum facit quod in eo est, aut saltem peccatum non incurrit nouum per temeritate, exemplum immediate patebit de celebrando, cuius ratio est, quia

tota est ex diligentia præparationis excusatio:

Quarta conclusio. ponitur pro exemplo in materia communicandi, vel celebrandi. vbi requiritur status gratiæ, & carentia peccati mortalis. Conclusio igitur est ista. Non omnis scrupulus, aut dubitatio de peccato mortali, neque omnis indeuotio, aut deordinatio, aut non attentio, impediunt de necessitate celebrantis dignitatem. patet, quia certitudo moralis, de qua dicetur, quæ sufficit, compatitur secum vacillationem quandam animi, aut hæsitationem, aut suspicionem, seu scrupulos, quod homo non sit sufficienter dispositus, aut quod impedimento ligatus sit.

Nota

Quinta conclusio. Ad digne celebrandũ & absq; temeraria pręsumptione, & imputabilitate ad nouum peccatum mortale non requiritur certitudo euidentiæ super dignitate celebrantis: sed sufficit certitudo moralis, patet, quia tunc nullus quantumcunque purus, & iustus deberet celebrare, nec hoc posset absque discrimine, si ei non fieret reuelatio specialis. Vbi dicit. Quod certitudo triplex est in genere. Vna supernaturalis. Altera naturalis. Tertia moralis seu ciuilis. Certitudo supernaturalis, ita se habet quod non stat aliquem sit assentire, & falli. Et hæc certitudo diuiditur. Quia quędam est euidentiæ claræ, & intuitæ in patria beatorum. Alia euidentiæ reuelatæ in prophetarum illustratione. & alia est solius adhærentiæ in speculo & ęnigmate, quæ non innititur euidentiæ rationis, sed auctoritati diuinæ, qualem certitudinem fides habet, & præstat in cordibus fidelium. Hæc certitudo omnibus fidelibus, dum in via peregrinantur, convenit, quos tanta certitudine, nedum duodecim articulis fidei, sed totius sacræ scripturæ necesse est credere actu vel habitu explicitę, vel implicite:

triplex certitudo.

Alioquin dubius in fide infidelis est, quam certitudinem martyres adeo habuerunt, vt prius re-

linquerent vitam, quàm fidem, est enim quælibet trium supernaturalium certitudinũ tanta, quod per nullam potentiam etiam diuinam & absolutam, fallax esse poterit, alioquin Deus negaret seipsum. Porrò naturalis certitudo se habet ita, quod non stat per naturam aliquem taliter assentire, & falli, assentiendo, quam philosophi posuerunt nobis possibilem in primis principijs, & per se notis: cognitis, scilicet ex sola apprehensione terminorum: vt quod quodlibet est, vel non est &c. posuerunt etiam in conclusionibus demonstratiuis, & in consequentia euidenti deductis per talia principia, quemadmodum dixerunt Mathematicam scentiam esse certissimam. Certitudo vero moralis, seu ciuilis tangitur vna cum præcedenti certitudine à philosopho in Ethi. suo principio, cuius sententia hæc est. Disciplinati est in vna quaque re certitudinem querere, iuxta exigẽtiam materiæ. Aeque enim vitiosum est, inquit, persuadentem querere Matematicum, & moralem demõstrãtem Non enim consurgit certitudo moralis ex euidentia demonstrationis: sed ex probabilibus cõiecturis grossis & figuralibus, magis ad vnam partem quam ad alteram. Dicitur autem probabile, quod pluribus & maxime sapientibus apparet verum. Ex ante habitis sequitur quod in humanis agibilibus quæ tantam habent varietatem, dicente Aristo. & teste experentia, quod visu magis quàm arte constare videntur. Sufficit tertia certitudo, qualis non semper omnes scrupulos abijcit, sed sufficit vt contemnat eos vel superet eos sic operando, quasi non sint. vt clarius ostendetur infra capitul. 18. Sufficit igitur certitudo talis qualem in materia morali consueuimus expetere & capere, quæ certitudo appellatur moralis, seu ciuilis. Ad hanc itaque certitudinem moralem sufficit vt plurimum, quod homo, exempligratia, accedens ad missam discusserit conscientiam suam, sicut fecisset pro magna relucranda, aut incommodo graui de vitando: &

Certitudo naturalis.

Certitudo moralis, seu ciuilis.

Probabile quid.

quod non sit sibi cõscius post hanc discussionem de peccato mortali, cum proposito non peccandi mortaliter: quod insuper non noscat se aliquod impedimētum legitimum per excommunicationem, aut credulitatem habere. Consentio itaque in hoc cum Durādo in quarto Senten. distinct 4. Quod talis & si esset in peccato mortali nescienter, nec de eo expressam ageret confessionem, reportaret vnum ex duobus, aut remitteretur sibi tale peccatum virtute sacramenti: quia videtur facere quod in se est ad eius deletionem. Non enim Deus requirit vltra posse: aut fieret sibi diuinitus illustratio, & recognitio sui peccati: quatenus per pęnitentiam illud dilueret: quemadmodum multis contigisse probatissimum est: qui in initio sui sacerdoti in rememorationem redeunt plurimorum, & occultissimorum peccatorum. Similem inueniunt gratiam illi, qui nouiter ad frugem melioris vitæ se toto corde præparant.

Quibus vijs quis ad talem certitudinem venire possit ostendit. Cap. XV.

Sed quæritur, ex quibus doctrinis colligitur talis certitudo moralis? Respondetur ibidē. quod principaliter ex vno trium modorum, quorum vnus prouenit ex alterius auctoritate: alter ex propria eruditione: tertius ex experimentali consuetudine. Sub primo viuunt insipientes & animales. Sub secundo, proficientes, & rationales. Sub tertio, perfecti & spirituales. Consonat philosophus tradens tres huiusmodi maneries ad doctrinam inueniri. Quartus modus addi potest, videlicet ex gratia gratis data: qua quidam faciliter agenda concipiũt, & scripturas, vt Augustinus, intelligunt. Quintum autem genus desperatum est ad doctrinam, qui neque doceri possunt, neque docentibus assentire volunt: tales sunt discoli plusquam multa ex brutis

quæ

quæ per humanam domantur industriam: vt canes, equi, simię, & aues aliquæ.

Quo ad primum modum, multi sunt, qui per alios erudiuntur, recipientes ab eis intelligentiam scripturarum: aut si nequeunt credunt saltem dicentibus: puta, quod religionum instituendarum, principalis causa fuit auctoritas regiminis, cui magis obedientia præstaretur quam proprię rationi: quæ in pluribus dubia valde est, debilis & incerta. Similiter habet hæc auctoritas respectu iuniorum quorumlibet ad parentes seu magistros, quoniam iudicium propriæ rationis vel nullum vel imperfectum habent. Hæc Pytagorę scholæ seruabant. Sic iubet Dominus dicens. Interroga patrem tuum, & dicet tibi, maiores tuos & annuntiabunt tibi. Maiores intellige, qui multis experientijs eruditi sunt in agibilibus humanis: quorum iudicia Aristot tradit esse recipienda tamquam principia propter multa vidisse. Extenditur hoc ad eos, qui respectu diuinorum propter consuetudinem exercitatos habent sensus: quales iam in solitudine sibi viuere sufficiunt.

Quo ad secundum doctrinæ modum, per quem sumitur in agendis sufficiens & moralis certitudo: quæ oritur ex prima eruditione, talis nutritur ex sacræ Scripturæ studio, ex vita debita theologorũ, ex ingenio eleuato, intuitu iuridico, & ex consideratione circumstantiarum particularium. Ex sacræ Scripturæ inquam studio: quale suadet sapiens Eccles. iij. dicens. Quæ tibi præcepit Deus hęc cogita semper: & in pluribus operibus eius, ne fueris curiosus. Semel enim in scripturis suis locutus est Deus, & idipsum non repetet: quoniam sufficienter erudiunt, & consulunt: tantum modo legantur puro, fideli, & integro corde, non obstante quod maleuolis, & incredulis tenebrosior inde nascitur erroris caligo: vt in hęreticis liquet, & vita sua p scripturã defendentibus Nutritur dixi ex vita debita theologorum. Est autem Theologus vir bonus in sacris

litteris eruditus. Sicut etiam ſecundum Ciceronem Orator deſcribitur, vir bonus dicendi arte peritus. Non quidẽ de theologi dico eruditione, ſolius intellectus; ſed multo magis affectus: vt ea, quæ per theologiam intelligit: traducat per iugem ruminationẽ in affectum cordis & operis executionẽ, quatenus, ſapientia ſecundum nomen ſuum ſapida, ſit in bonis ſuauiter & iucunde; & in malis triſtabiliter, & acerbe; alioquin tales inſtar Vriæ, ferunt litteras damnationis ſuę; dant aduerſus ſemetipſos ex ore proprio iudicium; pluſquam inficiunt exemplo vitę, quàm inſtruunt verbo doctrinę. Ex ingenio etiã nutriatur eleuato, ſtudio iuridico. Si enim de qbus loquimur, non ita in ſolis conſtitutionibus & decretis memoriam ſuam debẽt figere, vt quorumdã mos eſt, quin exerceant intellectũ, rationemq. conſulant, ex quibus principijs vel moralibus, vel theologicis originantur huiuſmodi conſtitutiones: quia ſic colluſtrabuntur lumine primorum principiorum. quod ſi vel noluerit, vel nequeunt; credant vel illuſtratis. Recogitent inſuper pręſtãtiam humanę conditionis, quę ad hoc condita eſt; vt totum ſenſibilem mundũ, qui à Deo progrediens continuo fit vilior in ſuis partibus, quo à Deo longinquior, prout in elementis patet; & Solis & Lunę lumine, &c. Rurſus per ſenſuũ portas ingrediens imprimẽdo ſpecies ſuas, & ſimulacra per intellectũ agentem à corporalibus fantaſmatib. ſpiritualiter factis, reducãtur in primũ principium. Sed ſunt non cõmendandi quidam morales quęrentes certitudinem quos ex doctrina nullũ lumen rationis mouet ad aſſenſum cuiuſcũq; agibilis; tãtũmodo eis ſatis videtur, ſi potuerint dicere: hoc ſcriptũ eſt; hoc talis doctor in ſcriptura ſua ſentit; hoc alius ita poſuit. Tales ſimiles ſunt aſpiciẽtibus ſolum ſplẽdorem ſolis in montibus, verſo ad ſolem dorſo, quos nullus ſufficit digitus oſtendentis attollere; quia deorſum oculum mergere ſoliti ſunt; vbi non aſpicitur ſol, niſi circumuolutus caligine. Eſt

Theologus qd ſit.

enim

enim natura lucis; ne dum sensibilis, sed etiam intelligibilis; vt quanto longius ab origine protenditur, eo fiat debilior, crassior, & obscurior. Lumen igitur veritatis præfati recipiunt circumuolutum, veluti quædam humanæ traditionis caligine. Et intuitum insuper nutritur iuridico; quia quando veniendum est ad agibiliũ tractationem, oportet rursum in inferiora respicienda descendere; alioquin fallerentur isti ad præcedentes per cõtrarium si principiorum lumen haberent; adeo quod conclusionum visiones omitterent. exemplo Astronomi cadentis in foueã, dum ambulans respicit astra. Perfectus igitur esset, qui cum Iurista foret Theologus; quales fuerunt primi Doctores, ex quorum sententijs Decretalis, decretaq. compacta sunt. Postremo nutritur ex circumspectione circumstantiarum particularium. Infinitatu enim difficultatem habet negociũ morale: dum prosequi quæritur; quia non sufficit intelligere quid verum sit; & quid rectum, sicut cadit sub arte tradere; sed particularas circumstantias, quæ variabiles sunt; neque sub arte, neque sub doctrina veniunt circumspicere necesse est. Igitur videant etiam in primis statum reipublicæ cum moribus eam regentium; vt scilicet iuxta soceri Moysi consilium sint viri potentes timẽtes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, neque sit apud eos personarum acceptio, nec inconstantia, neque consilium deprauatum. Alioquin non exibit ex eis iudicium rectum, quantumcumque fuerit postulatum, nisi prouideret ex alto Deus, qui per pueros, per iniquos, per bruta, per dæmones exercuit sæpe iudicia iusta. Verum quia infinita vni accidunt, eo quod circumstantiæ infinitæ infinitis modis variari possunt, nec per consequens sub arte cadunt, aut eruditione doctrinali. Idcirco de eis omittimus loqui. Nam propterea moralis certitudo sub certa regula tradi non potest; quæ sufficiat in omni casu conscientiam agentis

Difficultas.

 redde-

reddere securam, se non deliquisse. quod ex euentu rerum solet perpendi sæpius. Ideo etiam constituti sũt tres ciuitates refugij. Fides, Spes, Charitas: continentes pœnitenti lauacrum & immunitatis asylum: quatenus pax conturbata per ea, quæ se fecisse formidat, homo consoletur, & reformetur. Verba sunt per totum Cancellarij.

Soluit argumenta terrentia timidas conscientias: & declarat quomodo spes cum humilitate haberi debeat, tam quo ad conscientiam de præteritis, quàm de futuris. Cap. XVI.

RElucet ex prætactis quomodo argumenta scrupulosos terrẽtia faciliter sunt solubilia. Namque quidam eorum terrentur ex regula magistrali, quæ dicit. quod faciens contra dubium incidit in peccatum, secundum illud Eccles. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Quibus responsum est per capit. 11. Alij obijciunt dicentes. Tutior via est eligenda; quibus respõsum est cap. 14. Non enim oportet semper tutiorã viam eligere: qui stat aliam esse tutam, quę eligi potest. Tutiorem enim viam eligere est consilij, non præcepti. Alias enim oporteret multos ingredi religiones sacras, in quibus tutius viuitur quàm in sæculo. Non sic est: sed sicut diuersæ viæ tendunt in vnam patriam terrenam, quarum quęlibet tuta est, & tamen vna tutior alia, sic etiam ad ciuitatem cælestis patrię multis vijs peruenitur tutis: quarum vna tutior est alia: secundum illud psalmus. Vniuersę viæ Domini misericordia & veritas, sed requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Alios terret verbum Augustini dicentis: Tene certum, & dimitte incertum. Quod quidem verum est: Sed quæ certitudo sufficiat, habitũ est præcedenti cap. Nec auctoritas Augustini præfata, dicta est de quolibet dubio, sed solum de illo,

Aug.

in quomodo quis se ponit, qui sanus male vixit: & iam iam moriturus, in infirmitate pœnitentiam primo postulat: an talis habeat veram contritionem, vel non, quem peccata dimiserunt, nec ipse peccata dimisisse videtur,& qui vltra peccare non potest hoc est dubiũ de tarde pœnitente. Et nil aliud vult Augustinus,vt patet, tam per Magistrum in quarto dist. 20. Vbi dictam auctoritatem allegat. Et sumitur ex quodam sermone Augustini de pœnitentia cuius initium est. Pœnitentes. vbi sic de morituro dicit. Duæ res sunt,aut ignoscitur tibi,aut non ignoscitur: quid horum tibi futurum sit nescio: igitur tene certum & dimitte incertum. Alij pro se allegant sanct.Thom. Qui quomodo intelligendus sit satis dictum est capitulo vndecimo. Alij beatum Gregorium adducunt dicentem in epistola ad Augustinum episcopum Anglorum. Bonarum mentium est, ibi agnoscere culpam, vbi non est. Sed ad illud respondet B. Tho. secunda secundæ. quæst. 13. artic. Dicendum,inquit,quod ad bonitatem mentis pertinet, vt homo ad iustitiæ perfectionem tendat, & ideo in culapm reputat non solum si deficiat communi iustitia, quod vera culpa est: sed etiam si deficiat à iustitiæ perfectione: quod quãdoque culpa non est. Non autem culpa dicit quod per culpa recognoscit: quod ad yroniæ mendacium pertinet. Hæc ille. Considerent allegantes præfatam auctoritatem, quid glossa, super verbo agnoscere dicat. Ad declarationem eius verbi, vt nouimus, dicit, quod quilibet potest se dicere peccatorem, dum tamen non credat contrarium. Et si obijcitur illud Augustini de verbis Apostoli, & ponitur. 2.2. q. 2. cap.Cum humilitatis causa mentiris,si nõ eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris: quod euitares. Respondet gloss ibidem quod non contrariatur August. Gregor. quia in genere potest quis se dicere esse peccatorem, quia nemo sine crimine viuit. Item aduertãt quid gloss. aliorum theo-

logorũ dicat super verbo, agnoscere, scilicet agnoscere; ideſt formidare exemplo Iob. Qui verebatur omnia opera ſua. Vnde Cancellarius ſuper eandem auctoritate dicit. Agnoſcens inquam, non per aſſenſum firmum. hoc enim ſtultum periculoſumque fieret. Sed ſic doleat, & pœniteat homo poſtmodum quaſi veraciter in culpa teneretur. Vnde Eccleſ. 5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Cum igitur allegatur illud beati Gregorij. Bonarum mentium, &c. Videndum quatenus ſic agnoſcatur culpa, vt non indiſcrete impediatur operatio iuſta. Et quia quidã multũ ſcrupuloſi ſunt de rebus agendis aut dimittendis de futuro; de quibus iam principaliter plura dicta ſunt. Alij vero ſcrupuloſi ſunt de actibus præteritis. Idcirco, de eiſdem notat Cancellarius. quod quilibet debet, & poteſt ſe veraciter peccatorem æſtimare. Quia in homine duo ſunt, quædam, quæ habet homo à ſe; videlicet eſſe de nihilo: ignorare de pluribus, habere infectiones omnium potentiarũ, quæ ad peccatum ſunt pronę nimis, vulnera inſuper animę, habitus vitiorũ, & peccata forte actualia, quia nullus ſcit an ſufficienter contritus ſit ſuper eis, & an in agendis aut dimittendis plurimum errauerit; ſimilia multa defectuoſa in nobis ſunt. Alia ſunt, quę habet homo à Deo ſolum vt puta, eſſentiam animæ nobiliſſimam cum ſuis potentijs: virtutes infuſas ad minus fide, & ſpei, & ſacramentorũ characteres: immo immediate à Deo plus quam alia creatura habet corpus & bona fortunæ. Propter priora bona poteſt & debet ſe homo in iudicio conſcientiæ peccatorem timere, & veraciter accuſare, non tamen firmiter credere, & ſententiare, & ſi fecit quod in ſe eſt. Exemplo Apoſtoli qui dicet. 1. Thi. 1. venit Deus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui. Quis gloriabitur mundum ſe cor habere? Quis dixerit innocens & mundus ego ſum? Quis conſtitutus ſub iudicio Dei terribilis

Cãcellarius.

ribilis in consilijs super filios hominũ non trepidauerit? Propter quod afflictus Iob ait. Verebar omnia opera mea, sciens quia non parcis delinquenti. Et iterum. Si voluerit mecum contendere, non potero respondere vnum pro mille. Cui conformis est illa oratio ecclesiæ. Non intres in iudicio cum seruo tuo &c. Iterum: Si inquitates obseruaueris &c. Humilis etiam Hesaias ait. Omnes iustitiæ quasi pannus menstruatæ. Quis igitur iustitias suas velut gloriabundus ostentauerit Deo: plusquam pannum confusionis suæ mulier viro? Quem denique non exterruerit Apostoli verbum dicentis. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Caussam reddidisse sapiens videtur cum ait Sapien. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouipentiæ nostræ. Et Hierem. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile quis cognoscet illud? Ego, inquit, dominus, scrutans corda & probans renes. Scio etiam, inquit, Apostolus Roman. 4. quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Pręterea costituat se homo in conspectu tremendi iudicij Dei sapientissimi, qui omnia videt: potentissimi qui cuncta iuste plectenda nouit. In via tamen propter bonitatem naturalem patris misericordissimi, ibi conscientia se quantum potest ream accuset: ita vt testis fiat & actor de peccatis singulis clamet præcordiorum vocibus. Iste est æquissime iudex homo, qui iusto tuo iudicio damnaudus est. sic etiam ex rationabilibus scrupulus velut granum ad palea teritur ventus, & motibus aqua purificatur maritima: & tenebra lucis fugatur præsentia, cum timoris scrupulis incipit mundari conscientia. Vnde fit, quod anima, quæ diu agitata est scrupulorum impulsibus, velut acus tacta virtute magnetiuæ fortitudinis per spem diuinæ misericordiæ quiescere studeat circa polum diuini auxilij. Spes igitur do infinita Dei bonitate talem reum terrorem diuini judicij deiectum erigat, ne nimis daijciatur timorum

morum

morum ſcrupulus: ſed de remiſſione confidat credẽdo verbis Dei certiſſimis, quibus dicitur per Apoſtolum. Si nos ipſos iudicaremus non vtique iudicaremur. In præſenti enim peregrinationis exilio teſte pſalmo. Apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Ignoſcat præterea inimico ſuo reus, de quo loquimur, & cum obſeruatione decalogi de peccatis conteratur præteritis. & certitudinaliter credat: certitudine, quam expreſſimus ſe habere Bullas, non Summi in terra Pontificis, ſed eius, qui de cælo venit, nosq. ad patrem cæleſtem dicere docuit. Dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris Matth. 6. Vbi poſt Dominicam orationẽ etiam ſtatim ſubiunxit. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra Si autem non dimiſeritis hominibus: nec pater veſter cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Certiſſima denique non ſcrupuloſa ratione tenere debet omnis homo viuens: quod ſine gratia Dei damnatus eſſet: quapropter humiliet ſe homo quantum poterit, & ſibi vileſcat ac conculcet in cogitatione ſua: qui non haberet quid de Deo damnati reſpondere poſſet, & quid obijcere dicenti. Amice non facio iniuriam, accipe quod tũum eſt, & vade. Quid eſt autem tuum, niſi peccatum defectus: & mendacium, quia omnis homo mendax, ait pſalmus. Talem timorem laudabilis ſcrupuli habuiſſe legitur ſanctus pater Agathon, qui moriens à fratribus interrogatus, an timeret: & an in operibus ſuis confideret. Reſpondit in veritate neque timeo, neque confido in operibus meis, quouſque venero ante Deum: quoniam alia ſunt iudicia Dei, alia hominum. Et tamen, quia miſericordia ſuperexaltat iudicium Dei: ſpem in ſe omnino quantum poteſt actuet. Sunt autem quatuor meditationes, velut tetragonus firmiſſimus, per quas ſpes in te erigitur. Prima, ſcripturæ ſacræ iuſſio, vt ſpe-

quatuor medita.

res.

res. Alia, diuinæ promissionis, si speres. Tertia, immensę Dei bonitatis, ne vnquam desperes in tuis miserationibus. Quarta, propriæ fragilitatis ne speres in te, vel proprijs viribus. Vt speres in eo, Deus iubet in mille & vltra sacræ scripturæ locis. Si speres, deus eris merces tua magnanimus Teste apostolo, qui dicit: fidelis Deus semetipsum negare non potest. Ne desperes, quia infinita est Dei misericordia, qui dicit Petro. Matth. 18. Non dico tibi dimittere septies, sed septuagies septies, idest secundum omnes catholicos doct. toties quoties peccare quis poterit in hac vita. Ne etiam in te speres, quia Hierem 17. Maledictus homo, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. & idem Benedictus vir, qui sperat in Domino. Audi quid de se confitetur Augustinus libro soliloquiorum. Sperabam aliquando, inquit, in virtute mea, quæ non erat virtus: & cum sic volui currere: vbi magis credebam me stare: ibi magis cecidi, factusq. sum magis retro quàm ante. Dicebam enim. hoc faciam: illud perficiam, fiebatq. nec hoc, nec illud, quoniā de meis viribus confidebam. Nunc autem cōfiteor Domine pater rex cęli & terræ, quoniam nō in fortitudine sua roborabitur vir: vt non glorietur ante te stulta præsumptio omnis carnis.

Quintam regulam declarat: scilicet, vt quis credat sapientibus & expertis, ac obedire debeat superioribus in dubijs. Cap. XVII.

QVinta præterea regula principalis valens ad deponendo scrupulosam conscientiam est obedientiæ humilis imitatio, modis tactis in præcedenti capitulo & de hoc etiam patuit supra 9. cap. parte secunda cap. 7. Hæc regula necessaria est pręcipue simplicioribus, qui propria adinuentione, aut

studio

studio vel gratia specialiſſe quietare nequeunt. Deducit hoc tā auctoritate, quàm ratio:inemmo exemplo notabili antefatus Cancellarius lectione, iiij. libri sui de vita animę. Hoc, inquit, generale damus documentum: credere videlicet specialiter sapientiorum & bonorum iudicio: & contra communes eorum sententias non leuiter sibimet formare scrupulos anxios & timidos. Fallor si non iubet Sapiens. Prouer. iij. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudētiæ tuæ & rursus ibidem. 22. Noli transgredi terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Hoc præcipe necessarium est apud religiosos: respectu superiorum suorum: hoc est, apud ignaros diuinarum legum. Quin etiam minores, quanquam theologicis literis imbuti: talem debent reuerentiā senioribus, in quibus vita cum scientia concordauerit: vt vix propter alias nouas persuasiones quātumcunq. apparentes, pertinax vnquam feratur cito contra determinationes eorundē assertio. Virtus quippe qualem habent genitam ex multis experientijs, longe certior arte iudicatur & operatur. Porrò iudicium rationis sicut obtenebratur & luminosa eius radiatio diuersis vitiatur apparentijs: per interpositionem nubilosarum passionum & prauorum affectuum etiam in literatis. Iuxta similitudinem Solis visi per nubes, Sic per paucam instructionem intellectus in sciētijs, presertim diuinis, causantur nonnunquam errores in eis, qui se totos deuotioni tradere crediderunt, dum volunt plus sapere quam sibi satis erat. Ad præsens etiam inducamus exemplum de medico: cuius consilijs aliquando parere debemus, sub pena peccati mortalis, dum ex trasgressione sui consilij, vel scimus vel probabiliter & vehementer formidamus nos inebriandos, & consequenter transgressuros legem Die. Narrat præterea auctentica Prædicatorum historia, quæ vitas fratrum dicitur. Ibidemque refert venerabilis episcopus Vlixionensis præfati ordinis

Exemplum.

Exemplum.

fra-

frater quomodo quidam frater prædicti ordinis defunctus post mortem visus est à quodam viuente eiusdem ordinis fratre admodum scruulos: Cúque scrupulosus viuus inter cetera de sua à defuncto quereret conscientia, respondit mortuus. Consule discretos & acquiesce eis. Simile reperimus fere in beati Bernardi legenda vbi dicitur. Quod iter beati Bernardi discipulos erat quidam tantis inquietatus scrupulis: vt ad celebrādū nullo pácto auderet accedere. Dixit ei beatus Bernardus: postquam ista percepit: vade frater, & in fide mea celebres. Obediuit discipulus: & scrupulus ille omnis perpetuo discessit. Sed dicit aliquis scrupulosus: vtinam mihi talis esset prelatus, qualis erat B. Bern Crederem faciliter imperanti. Nunc vero, dum superioris mei paruam sapientiam conspicio, non audeo meam conscientiam & salutem suæ fidei cōfidere. Respondet Cancellarius. Quisquis qui ita dicis, & sapis: erras, & desipis, non enim commisisti te, & salutem tuam in manus hominis: quia prudens aut litteratus plurimū, & deuotus: sed quia tibi secundum regularem institutioné prepositus est, & prælatus Quam obrem obedias sibi non vt homini, sed vt Deo iubenti: si tamen non contra Deum præcipiat. Et sepe tanta erit obedientia tua Deo placentior, tibique fructuosior, quāto est ille indignior: & cui propter Deum non refugijs subijci. Caueas ad extremum ne dum queris securitatem: nec illam adipiscaris: & in grauem ruas dijudicationis, & præsumptionis foueam. Item expresse ponit beatus Bernardus in libro de precep. & dispen. Vbi dicit. Si tantopere cauenda sunt scandala paruulorum, quanto magis prælatorum: quos sibi Deus æquare quodammodo in vtroque dignatur: & sibimet imputat, & illorum reuerentiam, & contemptum: specialiter contestans eis. Qui vos audit me audit: & qui vos spernit, me spernit. An non denique hoc ipsum regula nostra prohibet, vbi ait. Obedien-

Exemplum.

Exemplum.

dientia, quæ maioribus debetur, Deo exhibetur. Quamobrem quicquid vice Dei præceperit homo, quod non est certum displicere Deo: haud secus accipiendum est omnino, quàm si præciperet Deus. Quid enim interest, vtrum per se, vel per suos ministros, siue homines, siue angelos hominibus innotescat suum beneplacitum Deus? Sed homines iniquis facile falli in Dei volũtate de rebus dubijs percipienda, & pręcipiẽda fallere possunt. Sed quid hoc refert tua, qui conscius non es: præsertim cum teneas de scripturis: quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem eius ex ore requirunt: quia Angelus Domini exercituum est. Requirunt dixerim legem; non qualem auctentica illa scriptura tradiderit, vel manifesta ratio probauerit. De huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus est. Sed quid ita latere, aut obscurum esse cognoscitur, vt in dubium venire possit Vtrum nam Deus sit, an aliter forte velit, si non de labijs custodientibus scientiam, & ex ore Angeli Domini exercituum certũ reddatur. A quo denique potius diuina consilia requirentur, quàm ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorũ Dei? Ipsum proinde, quem pro Deo habemus tamquam Deum in ijs, quæ aperte non sunt contra Deum, audire debemus. Vnde Raimundus, quæ inter iuristas stricte valde videtur fuisse conscientię: in sua Summa libro tertio de sentẽtia præcepti & diffinit. & excommunicationis, sic dicit. Virtus siue efficacia præcepti est, quia subditus tenetur de necessitate obedire præcepto Prælati sui; alias peccat mortaliter: quia ariolus & idolatra dicitur. Vbi tamen si præcipiatur aliquid contra Deum; nullo modo est obediendum: quia tunc obedire debet quis magis Deo quàm hominibus. Si tamen dubitat subditus, vtrũ sit contra Deum, vel nõ, illud quod pręcipitur, debet obedire: nisi esset tale quid, in quo nullo modo esset excusabilis talis ignorantia: puta articulus

fidei;

fidei; præcepta vel prohibitiones, vel generale statutum Ecclesiæ: Ad idem est Goff. in summa. Et ad idem est Henric. de Gandauo, quodli. 8. q. 16. dicens. Si esset certum, quod præceptum superioris esset contra Deum, esset contemnendum: sed in dubio an sit contra Deum, præcepto prælati standum est; quod si est contra Deum, propter bonum obedientiæ non peccat subditus. Peccat tamen prælatus. 23. q. 1. cap. quid culpatur: quòd subditus excusatur, si obedit domino, quando dubitat subditus, an sit bellum iustum, vel iniustum.

Deducit sextam regulam, & docet, animose pugnare contra scrupulos, & quid sit liberum arbitrium, quid argumentum, voluntas, ratio, & similia. Cap. XVIII.

SExta proinde regula ad euadendum in ordinatos scrupulos conscientię est scrupulorum animosa abiectio; cum scilicet sunt leues, aut friuoli contra efficaciores aliorum rationes, vel auctoritatem prelati, vbi non est quicquam determinatum ab Ecclesia, vel in scriptura manifeste contentum: vt supra cap. 11. satis dictum est. valent ad horum inordinatorum scrupulorum abiectione, ea quæ dicta sunt pręcedenti capitulo. Vnde Cancellarius tractatu de pollutione. Mille surgunt apud aliquos tales scrupuli, more canum oblatrantes, & lacerare minãtes ipsos, qui volunt, ire per viam Dei: quos conuincere & compescere, melius quàm per contemptum nequit tantummodo sit contemptus iste timoratus & regulatus, non absque pręuio alterius: prætertim superioris consilio, alioquin timor inordinatus facit casum, aut præcipitat inconsulta præsumptio. sunt itaque nonnulli & plures, qui fortis sunt phantasię, pręterea sæpe trepidant timore, iudicant non esse timendum; tales debent inniti con- Exemplum.

silio

silio superiorum, & prudentum, & contra talem ipsorum vacillationem audacter operari, sic enim plerumque vincetur, abibitque. Qui vero rennuunt credere superiorum, prudentumq. consilio: ad tales scrupulos deponendos & ad agendum contra eos. errant multipliciter. Primo per arrogantiam & superbiam: præponendo iudicium & prudentiam suam, aliorum iudicio & consilio. Rursus tales vix aut numquam deuotionem habebũt solidam, nec pacem conscientiæ suæ à talibus scrupulis. Ac proinde carebit locus animæ suæ hospite illo, de quo propheta dicit. In pace factus est locus eius. Et in tractatu de regulis moralibus dicit. Consilium salubre est frequenter agere contra scrupulos leues, & trepidos vitando eos ad aliorum iudicium: quatenus ex consuetudine fiat homo robustus, solidus, & tranquillus in exercitio spirituali. Exemplum in domificatoribus, & funibularijs. Ad idem in tractatu suo de contractibus sic dicit. Probabilis certitudo sufficit in moralibus: vt non exponat se quis periculo: sicut dicunt doctores de celebrante missam & similibus. Vbi requiritur status gratiæ: quod sufficit ad hoc probabilis coniectura: quia certitudo alia, sine reuelatione non habetur: prout in moralibus dicit Aristo. sumendam esse certitudinem grosse, & figuraliter: quæ certitudo non remouet in vna parte omnem probabilitatem, vel opinionem alterius partis: licet magis declinet ad istam quàm ad aliam quod sufficit: immo formidolosis & scrupulosis conscientijs sæpe consilium est in oppositum assidue agere: præsertim ex imperio & consilio doctorum. Hæc ille. Ad idem est liber de Eruditione religiosorum, cuius auctor fuisse videtur Humbertus: qui vocat scrupulosos pusillanimes, in hęc verba. Sepe causa pusillanimitatis est complexio quam etiam augent tibi, ex quibus humores melancholici generantur, vel augetur etiam ex frequenti actu timendi: auget etiam eam nimium ieiunium vel ni-

mia

miæ vigiliæ, vel nimia ſolicitudo ſtudij, vel alterius modi. Habenti autem hanc tentationem, vtile eſt, vt viſioné, quam timor ille introducit, non reputet conſcientiam: & eo ipſo viſionem ſuſpectã habeat, quòd introducta eſt à timore, & ſufficiẽti deliberatione eã examinet, cum timor ceſſauerit. Sicut enim ira impedit animum, ne poſſit cernere verum, ita & timor. Et in ijs, quæ introducit puſillanimitas, magis credat iudicio alieno quã ſuo: Cum vero viſionem per ſe vel per aliũ errorem eſſe depreh ẽderit audacter contra talem timoré poſtea pugnet. Sicut enim timendo timidi, ita audẽdo audaces efficimur. Valet etiam vt ab his ſe cuſtodiat, quæ puſillanimitaté augent. Hęc enim inſtrumenta ſunt dæmonis, ideo vtilis eſt oratio. Hæc ibi. Docet etiam ſcrupulos dubioſos deponere & cõſilia fixa tenere ſacra ſcriptura Eccle. 22. Vbi dicit ſapiens. Sint loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij, non diſſoluentur: ſic & cor confirmatum in cogitatione cõſilij, cogitatus ſenſati in omni tempore, vel metu non deprauabitur. Sicut paleæ in excelſis, & ſementa ſine impenſa, poſita contra faciam venti non permanebunt, ſic & cor timidi in cogitatione ſtulti, contra impedimentum timoris non reſiſtit. Sed quia multis ſcrupuloſis videtur difficile, aut impoſſibile, quod ſcrupulos deponant reſpectu quorũdam cotemptum. Idcirco opus eſt videre quomodo hoc eſt poſſibile habenti vſum rationis & voluntatis, perfectum ſaltem. Pro cuius intellectu notandæ ſunt difinitiones liberi aibritrij imperij eius dictaminis, rationis, & voluntatis. Eſt enim vt dicit cancellarius de regulis moralibus: liberum arbitriũ facultas rationis, atq. voluntatis. potens imperare cæteris viribus cognitiuis & affectiuis, immo rationi, & quandoq. voluntati: cum cæteris reſpectibus: Imperium liberi arbitrij, eſt dominum rationis dictãtis aliquid motus & voluntatis exequentis ipſum inferiores vires, vel tanquam inferiores *Imperium.*

Dictamen. Ratio. in hoc obedientes. Dictamen autem rationis exprimitur per verbum indicatiuum, vel modum indicatiuum: vt hoc est faciendum: executio per verbum imperatiuum: vt fac hoc. Ratio est potentia animæ cognitiua, respectu conclusionum deducibilium ex principijs libera, libera secũdũ aliquos essentialiter secundum alios solũ participatiue. sed voluntas est potentia animæ effectiua rationalis: hæc ex cognitione rationis, potest ceteris omnibus æqualiter se habentibus, elicere actus suos immanentes. Actus autem immanentes sunt velle & nolle deliberatum & actus quidem medius, suspensiuus vel experimentatiuus. Nota præterea regulam supra capitul. 14. videlicet. Non omnis deliberans agit ex deliberatione, &c. Rememorandæ sunt etiam diffinitiones scientiæ, opinionis, credulitatis, & similium positæ supra primo capitulo.

Voluntas. Actus. Regula.

Latius docet idem rationibus quomodo scrupuli sunt abijciendi. Cap. XIX.

PRæintellectis igitur nominum significationibus facile erit videre quomodo quis potest, & debet scrupulos aut contemnere non curando, aut deponere ratiocinando. Pro quo aduertendum est id, quod dicit Vuilhiel. parisieñ. in de fide & legi. in principio: quod scilicet de operationibus intellectus solum credere bellum habet. Comprehendimus autem dicit opinari in eo, quod est credere. Credere est enim vehementer opinari. Scire autem non habet bellum: propter firmitatem suam nisi sophisticum: quod tamen luminositate sua non tam vincitur, quàm velut nebula dissoluitur. Cogitare autem bellum habere videtur propter cogitationes, quæ improbissime se ingerunt, quod euidentissimum, & durissimum est in cogitationibus blasphemiæ, sicut & cogitationes mundæ vix obtinentur.

Credere est opiari. Scire. Cogitare.

Vnde

Vnde secunda Corinth: 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra à Deo est. Nec mirũ. Ipsum enim cogitare voluntarium est: ideo bellum habet. Scire autem nõ est voluntariũ: quia est in eis, quæ per se nota sunt: & maxime in primis impressionibus, non est in potestate arbitrij scire, vel non scire: propter proximitatem illorum ad intellectum, & vehementem, impressionem eorum, quamuis aliquo modo scientia voluntaria videtur, vt studere, inspicere libros & querere: & ideo laudabilia vel non. Obie.
Sed obijceres, sicut prima principia ingerũt sui sciẽtiam, & certitudinem, sic prima probabilia credulitatem: ergo credere non est voluntarium in ipsis, sicut nec scire in istis. Respondetur probabilitas Rñ.
quãtacumq sit non ingerit credulitatem, seu fidem ex necessitate hominibus intelligentibus & exercitatis: cum ipsi certi sint, non omne, quod videtur esse verum, verum esse, vel etiam simile vero, esse verum. Idem autem est probabile quod verisimile, & idem quod videtur verum. Sapientum autem est tam à veri similitudine, & probabilitate quàm à ficto & falso colore timere semper, & cauere. Illud tamen verum est, quod ille qui credit principijs syllogistice ordinatis necesse habet & credere conclusioni: posita credulitate principiorum, necessitate non absoluta, sed conditionata. Voluntarium tamen simpliciter est, & liberum de omni probabili. vt ei quis credat: vel non credat: quoniam nihil adeo probabile est, quod non habeat aut dissuasionem, qua possit videri falsum, aut saltem qua possit videri non credendum esse propter periculum erroris. Sufficit enim sapienti, cum veritatem apprehendere non potest: non illud à falsitate, & non errare atq; non falli. Quemadmodum & bellatori cum hostem superare non potest, satis est ei non superari ab ipso. Et negociatori: cum lucrũ capere non potest, si damnum euitet. Et ne putes philoso-

losophantibus leue damnum credulitatis & opinionis errorem; hoc enim totis studijs fugere contendunt: ne scilicet superentur ab erroribus: & ne pro veritate, quam quærunt, accipiant fallentem probabilitatem, aut pro verisimilitudine mendacium. Notandum tamen quod cogitare si nudum est, & solum cogitare, informe est valde & materiale: si non habet assensionem, aut certitudinem, aut dissensionem. Vnde nec ab ipsa materia supra quam cadit, quantumcumque bona sit aut mala. Vmquam formatur aut denominatur: nec vmquam habet ex ea laudem vel vituperium. Cogitare enim quantumcumque horribile & quantũcumq; detestandum malum, si nudum est, vt diximus, non est malum, sicut nec videre malũ malum est, quantumcumque visum malum sit, dummodo videre nudũ sit à delectione, & assensione. Alioquin Deus malus esset, qui omnia scit & videt. Hęc ille. Ex quibus patet quod quis potest per liberum arbritrium opinionem aliquam, vel rationem vel argumentum, vel auctoritatem paruam abijcere, contemnere, nolle sentire, aut suũ actum de credendo suspendere: & secundum hoc conscientiam suam informare. Ad idẽ est Matthęus de Cracouia libro de rationali diuinorum operum: vbi sic dicit. Hoc argumentum non est bonũ, nescio soluere dubiũ, quod circa hãc conclusionẽ occurit: igitur debeo de ea dubitare, ratio est, quia magna dubia occurrunt circa conclusiones Geometricę, & infallibiliter demõstratas. Item similiter circa fidei conclusiones. Item non est materia tam facilis quin subtiliter inuestigantibus occurrant in ea quæ vix aliquando, aut numquam forte plene possunt absolui. Vnde conclusionibus fidei, vel rationi, seu argumẽto, quę fidei consona sunt, aut rationi, quę euidens est, & generaliter approbata, vel alijs cõsimilibus, mẽs indubitãter adhæreat: quousque æque, vel magis euidens, aut fortis ratio occurrat, quæ etiam ante assensum plene diu probatur. Et si hoc quidem

face-

facesent, non tã multi vacillarent: sed quia multi volũt statim vacillare quam cito occurrit dubium, vel argumẽtum quod nesciunt soluere: ideo multi erroribus implicantur, & dubijs, ac infirmãtur in fide: & se sciolos putant, quód peius est, vel alijs ostẽdunt. Hæc ille. Vnde intuemur quasi in luce quales sint, de quibus dicitur. Eccles. xix. Qui facile credit, leuis est corde, & minorabitur. Sed quid de illis, qui propter defectum naturalem, aut accidentalem melancholiæ vel maniæ, scrupulos deponere non possunt, de qua infirmitate naturali dictum fuit supra tractatu isto capitulo quarto & quinto. Respondetur quod Deus neminem obligat ab impossibile, secundum beatum Hieronymum. Et in ijs, quæ non subsunt libro arbitrio secundum philosophum, nemo laudandus est nec vituperandus: & per consequens talibus, nec meremur nec demeremur. Nam Cancellarius tractatu de pollutione, de similibus sic dicit: Dicunt doctores aliqui, quibus assentio, quod aliquando non tam meritorium est credere, sicut velle credere, nec dolere sensualiter de peccatis, sicut velle dolere, & non posse: probat per psalmus, qui dicit. Desiderium pauperum exaudiuit dominus præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Deus, inquit, iudicat nos secundum superioris rationis arbitrium, voluntatem, & iudicium, & non secundum ea, quæ nobis inuitis, atq. contra nitentibus, portio sensualitatis inferior aduehit, & producit: qualia sunt volubilitas imaginationum & phantasiarum. Stimulus insuper carnis illecebrosus, aut vincentes vacillationes. Præterea timidæ & incertæ sunt cogitationes nostræ super agendis, & super eis credendis: quæ nostris nequaquam sensibus attingimus, & consimilia. Decipiuntur ex hoc multi ex simplicibus distinguere nescientes inter ea, quæ portio animæ superior agit per sensum & ea, quę portio inferior patitur absq. superioris assensu. Darent idcirco tales sępe alijs salu- Quęstio.

bre consilium, qui nesciunt illud præstare sibi. Quare sic est? Ob turbam certo passionum simul irruentium tumultuantem & rixantem.

Septimam regulam declarat valentem ad depositionem scrupulorum per epichian, cuius proprietates ponuntur, & octuplex doctrina secundum eam datur, quarum tres declarantur. Cap. XX.

SEptima ex eodem postremo regula per scrupulorum depositione. Necessaria est preceptorum discreta Epikeysatio, seu interpretatio vel declaratio. Equitas.n. dicit Cācellarius vbi supra, quam nominat principalis epichian præponderat iuris rigori, vt inquiunt iurisperiti. Est autem æquitas iustitia pensati omnibus circūstantijs particularibus dulcore misericordię temperata. Hoc intellexit qui dixit, ipsæ etenim leges cupiūt, vt iure regātur. Et sapiēs. Noli esse iustus nimis, alioquin, sūma iustitia, sūma iniustitia fit. Ambulandū enim est in virtutū doctrina via regia, vt nec strictius fiat Dei mandatum, nec latius quàm ipse mandauerit: quāuis inde possint sumere aliqui, aut malitiæ velamen libertatis, aut ecōtra in desperationem corruere, non tamen omnibus pro omni tempore & loco prædicandum asserimus omnem veritatem. Est igitur Epikeyæ virtutis considerare non nudum præceptum, sed circumstantias omnes particulariter ipsum vestientes. Vnde philosophus. v. Ethy. epichian existens interpretatiua legum, melior est quam iustitia legalis. Item secundum hanc virtutem præcepta Dei, & Ecclesiæ, ac prælatorum, seu iudicum benigniter interpretari possumus. Nec valet, si contrarium dicatur: quod eius est legem interpretari, cuius est condere. Esto enim vt dicit Ioan. de Cambaco lib. 14. de consolatione theologiæ. quod in foro causarum interpretatio

ratio non sufficiat, nisi quæ fieret à principe, vel à legislatore: bene tamen sufficit virtus Epikeyæ in foro conscientiæ, non solum circa præcepta humana, sed etiam circa præcepta diuina: & tanto magis circa diuina, quanto Deus, rationabilior est magisque benignus, quàm quicumque alius legislator. Vnde secundum eumdem per virtutem Epikeyæ, octuplicem doctrinam conscientiæ scrupulosæ, proficuam colligere possumus. Prima est, quod inter duram, & benignam circa præcepta sententiam: pro benigna est potius ceteris paribus interpretatio facienda: vt per Vuilhelmum cap. 11. & alios supra patuit: Cuius ratio est: quia præcepta Dei non sunt ad tollendum omnem spiritualem dulcedinem, qualis certe tollitur, quando quis nimis scrupulose præcepta interpretatur, & timide nimis. Nam sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia veri nocet cordi. Prouerb. 25. Quod Cassianus lib. 9. institutio. de vitio tristitiæ loquens, sic exponit. Satis, inquit, euidenter ac proprie vim noxij huius ac pernitiosi vitij spiritus diuinus expressit. Vestimentum enim esu tinearum attactum nullius pretij vel honesti vsus poterit vlterius habere commertium. Idemque lignum vermibus exaratum, non adornatum vel mediocris ædifitij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. Ita igitur & anima, quæ edacissimis tristitiæ morsibus deuoratur: inutilis erit vel vestimento illo Pontificali: quod vnguentum Spiritus sancti de cœlo descendens, prius in barbam Aaron deinde in oram vestimenti eius. Sed nec ad structuram templi illius spiritualis atq. ornatũ poterit pertinere, cuius Paulus architectus sapiens posuit fundamenta dicens. Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Quo circa Christus Matth. 11. dicit, consolando. Venite ad me omnes, qui onerati estis: & ego recipiam vos. Vbi dicit beatus Hylarius, legis difficultatibus laborantes, & peccatis seculi inuolutos

Nota.

Octupl. doctri. prima.

ad se aduocat, & postmodum de iugo euangelij subdit. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue.

Secunda doctrina secundum virtutem Epikeyæ est: quod nec Deus, nec ecclesie intẽdit per sua pręcepta obligare ad vix possibile alicui. Vnde S. Tho. super. 4. di. 17. dicit. Præcepta iuris positiui, non se extendũt vltra intentionẽ pręcipientis, quę est finis præcepti: hæc autem est charitas. Et prima secũdæ. q. 15. dicit: Nullus obligatur ad impossibile. Illud autem impossibile ad quod nullus boligatur; videtur secundum virtutem Epikeyæ in lege noua, quæ est, perfectæ libertatis, interpretandum non solum de absolute impossibili, nec de eo etiam, pro vt dicti doctoris sonant verba, quod vix est possibile: vtpote nimiam habens difficultatem: alias non apparet quomodo intelligi possit illud Christi consolatorium. Onus meum leue. Qomodo enim leue dicitur? quod multum, aut nimis difficile dicitur.

Impossibile.

Tertia doctrina est. Nec Deus, nec ecclesia intendit mediantibus suis præceptis aliquem obligare ad hoc, quod sit fatuus. idest talia præcepta loco & tempore non obligant quemlibet, vbi eorum obseruantia foret ridiculosa, saltem apud discretos, & bonos viros. Patet illud à simili de votis ex diuino pręcepto Deo reddendis: ad quæ Deo reddenda si sint stulta, vt dicunt doctores, communiter nullus obligatur. Auctoritas est ad hoc late Innocentij in iure in glo. super cap. Nouiter. de sen. excom. & eodem titulo. cap. cum medicinalis lib. 7. Ratio potest etiam assignari quia præcepta ecclesiæ dantur ex charitate, quod saltem præsupponendum est, & præsumendum. Sed quod ex caritate statutum est non debet contra charitatem militare, vt ait beatus Bern. lib. de præc. & dispe Militarent autem præcepta ecclesiæ contra charitatem si obligarẽt ad sui obseruationem in casibus ea obseruando, fatuum aliquem iudicarent obseruantem viri boni & discreti, ac deriderent.

Exemplum.

Resi.

Residuas quinque doctrinas. Cap. XXI.

QVarta doctrina. Qui vult absolui à debito alicuius præcepti, in materia eiusdem notabiliter vltra debitum: Hoc enim faciendo quis sperare debet firmiter se absolutum fore à debito. Exempli gratia. Teneris ex præceptis diebus dominicis & festiuis à seruilibus operibus abstinere. Si autem pluribus diebus in hebdomada, ant etiam regulariter à seruilibus vacare operibus consueuisti. præsertim vacando Deo, & orationibus intendendo: & casu quo te contingat in die festiuo, quamdam, aut ob necessitatem aliquid operari: dummodo hoc sine scandalo notabili fiat, te propter hæc grauari in conscientia non oportet. Patet hoc in simili. Nam siquis alicui teneretur in quinque solidis, & per modum muneris, viginti, centum, vel mille marcas liberaliter ei daret. Numquid talis deberet bene supponere, quod de quinque solidis, alias soluendis quietatus esset? est enim Deus in infinitum liberalior, & clementior hominibus. Ad idem satis expresse est Cassi. Collatione patrum. Collatione abbatis Theonis cap. 13. & in multis locis probando, quod ieiunia & alia huiusmodi pro loco & tempore seruanda sunt, & moderanda. Quadragesimæ inquit, lege qui iustus est, ac perfectus non tenetur: nec exigui huius canonis subiectione contentus est: quem profecto illis, qui per totum anni spatium delitijs, vel negocijs secularibus implicantur, ecclesiarum principes statuerunt: vt hac legali quadragesimali necessitate constricti: his saltem diebus Domino vacare cogerentur: ac dierum vitæ suæ, quos totos quasi fructus quosdam fuerant voraturi, vel dicimus Domino dedicarent. Cęterũ iusti, quibus lex non est posita, qui spiritualibus officijs. nõ exiguã illam igitur decimã par-

partem, sed totum vitæ suæ tempus impedunt; quia liberi sunt à decimarum legalium functione. Idcirco si eos superueniens honesta, & sancta necessitas coarctauerit: audent stationem ieiunij absq. vlla disceptatione laxare: nō enim decimarū ab eis exiguitas mutatur: quia omnia sua domino suo secū pariter obtulerunt. quod profecto absq. summo fraudis reata facere ille non poterit, qui nihil voluntarie offerens Deo, inexcusabiliter soluere decimas suas legis necessitate compellitur. Illud tamen verbum Cassiani, videlicet, quadragesimæ lege, qui iustus ac perfectus est, non tenetur. Sanè intelligendum est sic. videlicet, quia non tenetur eam secundum literam à Deo rigide & onerose obseruare, quominus ipsa secundum virtutem Epikeyæ interpretari valeat: pro loco scilicet, & tempore, dummodo non contra intentionem legislatoris seruare possit, & etiam moderari. Per quod quidem non remouetur, quin quātumcumque iustus de lege cōmuni seruare teneatur præcepta ecclesiæ, sane intellecta secundum intentionem præcipientis. Ex præmissis igitur patet, quod quis absolui potest pro tempore à paruo debito. Per hoc quidem, quod in eadem genere notabiliter facit vltra debitū, maxime in casu, quo an illud paruum sit, an non sit debitum dubitatur.

Quinta regula doctrinalis, quòd in dubijs bonorum vita debet allijs esse viuendi regula: pro vt tactum est supra cap. 16. Ratio est: quia tales secundum virtutem Epikeyæ præsumi debent habere rectum iudicium.

Sexta doctrina. In ijs, quæ solum sunt mala, quia prohibita: multum excusat vel in toto vel in tanto, consuetudo: immo in casibus ex vi rationalis consuetudinis, præsertim si præscripta est, contra ius scriptum multoties faciendum. Ratio dicti: quia sicut Epikeya est moderatiua vel interpretatiua legū sic & consuetudo est optatiua legum interpres: si de positiuis legib. sermo fiat. Et inde vita animæ dicit

Can-

Cãcellarius. Omnis lex humana vel positiua potest abrogari in eo, quod non necessario participat cum naturali,& diuina. Hęc autem abrogatio fit per consuetudinem oppositam. Iuxta quod dicunt Iuristæ: & verum est: quòd consuetudo est optatiua legum interpres: nec vmquam dicenda est corruptela, nisi vbi legem diuinam, aut naturalem lædere conuincitur. Nam sicut consuetudo dicitur altera natura, sic lex cõsuetudinalis, quasi lex naturalis habenda est. Fit tamen abrogatio eius, sicut aliarum constitutionum pro expressam, aut interpretatiuam reuocationem, factam ab illo, qui condendi habuit potestatem. Fit deniq. abrogatio causa manifestæ damnositatis, si lex ista seruaretur. Patent hæc omnia ex descriptione & conditionibus legis bonæ: quoniam honesta esse debet iusta & possibilis iuxta naturam & consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens: necessaria, vtilis & manifesta, vt habetur ex dictis Isidori. Ex his liquide constat, quàm temerarium est & iniquum, velle omnia decreta siue Ecclesiastica, siue ciuilia ad omne tempus, ad omnem gentem & patriam extendere. Quoniam lex, quæ pro vno tempore, aut loco, aut personis esset vtilis: esset in alijs loco,& tempore,& personis impossibilis, aut damnosa: immo velle sit omnia statuta stabilire, hominum est delirantium,& quasi cõtendentium, vt oppositæ leges simul obseruentur. Præterea positum est in decretos. distinctione quarta: quod leges instituuntur, cum promulgãtur: firmãtur, cum moribus vtentium approbantur. Igitur per argumentum à contrario sensu, si moribus vtentium nequaquam approbãtur: illæ nullum habent firmamentum: & ita populus habet multum in sua potestate dare robur, aut tollere, præsertim ab initio. Quantum autem de tempore sit necessarium, vt cõsuetudo vim legis habeat, vel abrogare habeat legé. Dicimus, inquit, vbi non est taxatum tempus à legibus alijs, debet fieri abrogatio pro vt sapiens iudicabit,

Eucharestię sumptionem, dicit sic. Si, inquit, esse de hoc consuetudo etiam generalis, & vim legis habens: tamen illa, vim legis, non excedit in obligando, vel in arctando. Et ideo in quocumq. casu pretermittens facere hoc, quod lex imponit, posset excusari à peccato: puta si hoc faceret sine cōtemptu, & per virtutem Epikeyę: qua ratione periculi alicuius considerari potest quandoq. fieri contra verba legis, secundū quod pulchre declarat. S. Tho. prima secun. q. 96. artic. 6. & secunda secun. q. 19 artic 1. In eodem casu, vel cōsimili posset pretermitti talis cōsuetudo absq. peccatio: puta si etiā pretermitteretur absq. contemptu & per virtutem Epikeyæ, attendēdo periculum animę, ratione nimiæ inuolutionis erroneę cōscientię. Vnde & de consuetudine Host. cap primo circa finem dicit. Generaliter tibi trado vbicūq consuetudine seruata animo periclitaretur, non valet hęc Host quod potest intelligi simpliciter: vel in casu, quære hęc Ioannes de Cābaco.

Ad sciendum quomodo præcepta diuina & humana ligent diffiniuntur leges diuinæ: & per nouem conclusiones fit præceptorum aliquorum interpretatio. Cap. XXII.

VErum vt scrupulosi per pręcepta non vltra quā necesse sit se arcturi putent: de eisdē quomodo ligent, quantum, quando, vbi, & qualiter: notandæ sunt patrię, diffinitiones legum, & perceptorū. Cancellarij deinde nouem conclusiones eiusdem. Lex.

Est igitur Lex multiplex. Quædā æterna siue prima: alia naturalis hominum: alia diuina hominū: alia priuata: alia positiua, alia ciuilis, & temporalis, alia ciuili, & spiritualis, alia charitatis. Lex enim in genere, est recta ratio practica secundū quā motus, & operationes rerū in suos fines ordinate regulātur. Vel est ipsa talis regulatio in quocūque. Lex æterna seu prima, est beneplacitū, seu voluntas suprema Lex æterna prima.

domini

Domini Dei, præstituentis rebus à se cognitis fines suos, & motus, & operationes ad illas. Lex naturalis hominum est dictamen legis practicum, quod natus est habere quilibet homo non impeditus in vsu rationis, nec dispositione corporis, nec ex dispositione vitiorum. Lex diuina proprie est in hominibus: & est lex per diuinam clementiam accepta ac regimen plurimorum, pro fine beatitudinis principaliter ordinata. Primum ponitur ad differentiam legis priuatæ. Aliud ponitur ad differentiam legis iudicialis in antiqua lege. Lex priuata est per diuinam reuelationem accepta ad regimen personę singularis, vel paucorum. Est autem diuina reuelatio illuminatio humanæ naturæ rationalis, ad quam habendam vel modum habendi, ipsa de communi cursu sibi inclyto non attingit. Lex humana, siue positiua est lex per rationem, ex lege naturali deducta in consequentijs probabilibus ad finem debitũ humanæ creaturæ. Dicitur autem probabile quod pluribus & maxime sapiētibus apparet verum. Lex ciuilis & temporalis est lex humana ad finem naturalem socialis vitæ bene regendæ, immediate vel principaliter ordinata per illum, qui curam communitatis gerit, sufficiēter promulgata. Sed lex ciuilis, & spiritualis, est lex humana, ex principijs creditis vel ratione notis: probabiliter deducta ad finem supernaturalem immediate, & principaliter ordinata: per illum, vel illos, qui curam habent communitatis sufficienter promulgata. In his omnibus pro regula tenendum est, quod omnis obligatio finaliter reducitur ad dictamen liberi arbitrij diuini, sic volentis obligare creaturam, quod dictamen nobis innotescit, vel in lumine fidei & gratiæ infusarum, vel in lumine naturali signato super nos. Vnde practica iudicia rationis habemus, aut per lumina scientiarum, tam diuinarum quàm humanarum ex duplici lumine priori amanentium: aut postremo per experientiæ multiplicis luminosum

Lex naturalis

Lex diuina.

Lex priuata.

Lex ciuilis.

ſum documentum, per quod fit, vt tam virtus quàm ars tertius operentur. Eſt etiã hic aduertẽdum quod in principijs moralibus fit proceſſus quandoq à notioribus, vt quaſi à poſterioribus: vt ex ijs, quæ videmus in humana politia aſſurgendo ad diuinam legem, quandoq. fit econtra à priori conſiderãdo eas leges, quæ natura ſunt notiores; qualis eſt lex æterna. His pręmiſſis eſt hæc cõcluſio prima. Solus Deus & nullus alius abſq. commiſsione eius poteſt directe & per ſe, obligare aliquẽ hominem etiã ſibi ſubditum abſq. eius conſenſu libero, ad actus interiores, & latentes habendos. Solus quippe Deus poteſt de talibus iudicare: alij autem non niſi ex eius mandato & reuelatione, ſed tantum de exterioribus. Notanter dicitur directe, & per ſe, & abſque conſenſu libero: quia indirecte & per accidens vel ex cõſenſu ſubditi poteſt fieri, niſi ab interiori procedat. Secunda concluſio. Quoniam rationabile eſt: vt nullus homo aliquid præcipiat, niſi illud, de quo poteſt cognoſcere iudicialiter ſecundum modum ſuum in foro. Idcirco finis, & intentio legiſlatorum non cadunt ſub obligatione ſubditorum: ſed tantummodo operationes exteriores præceptorum. Et ita dicens horas aut ieiunans in peccato mortali, aut ſiniſtra intentione vel abſque intentione: abſoluit ſe à præcepto eccleſiæ, ſed non apud Deum. De negligentia autem, & peruerſa intentione ſæpius excuſatur. Tertia concluſio. Diſpenſatio prælatorum, quæ eſt iuris communis: quædam relaxatio ſeu mitigatio locum habet pręcipue circa particulares caſus, & perſonas ſingulares: quoniam aliqua ſtatuta ſunt pro communitate, quę huic perſonę vel illi: & in iſto caſu, vel illo, non ita congrue dignoſcuntur. Quarta concluſio. Conſentire cenſendi ſunt ſuperiores ſaltem interpretatiue in abolitionem legum ſuarum poſitiuarum quando paſſim eas diu non obſeruari ſciunt aut ſcire poſſunt, & nec verbo, nec facto reclamant. Quinta concluſio.

2. concluſio.

3. concluſio.

4. concluſio.

5. concluſio.

sio. Lex nō constituitur nisi dū promulgatur, neque vigorem habet, nisi cum moribus vtentium approbatur: & hoc si sit lex pure positiua ad populi regimen. Secus de diuina, atq. naturali diceretur, contra quas non est præscriptio, vel ad oppositum consuetudo, sed tantum corruptela. Sexta conclusio. In

6. Conclusio. omni lege quantumcumq. positiua bene instituta, aliquid est de iure naturali & diuino, vt quod expedit homines legibus regulari, quod qui potestati resistit Dei, ordinationi resistit & similes Septima

7. Conclusio. conclusio. Discernere ius diuinum & naturale à positiuis sicut est difficile: ita maxime necessarium est & vtile in omni doctrina morali & politica: & hoc fieri perfecte nequit absq. sacra sapientia: quæ legibus æternis innititur, atq. fundatur. Octaua con-

8. Conclusio. clusio. Ecclesiastici prælati respectu præceptorum diuinorum & regulæ euangelicæ, nullo modo conditores sunt, sed dumtaxat quidam interpretatores, expositores, præcones, doctoresque. Nona conclu-

9. Conclusio. sio. Interpretatio & limitatio, vel expositio prælatorum in lege diuina, quamdiu prælati non cognoscuntur abuti sua potestate: suscipienda est reuerenter tamquam lex Dei. Abuterentur autem, si manifeste imponerent onera nimis grauia ceruicibus populi Christiani, vt si ad festiuandum quotidie, vel ad statuta qualia habent religiosi, omnes passim restringere quærerent.

Declarat peccatorum mortalium & venialium differentiam, et diffinitionem, et proprietatem. Cap. XXIII.

PRoinde quia timoratæ conscientiæ scire vellet in quolibet casu, vbi esset peccatū mortale, & vbi veniale, vel nullum. Idcirco quid de hoc sentiendum sit, restat declarandum, Vbi notandum secundum S. Tho. & alias. circa distinctionem. 24 secundi. quod omne peccatum est deuiatio ab ali-

qua

qua lege naturali, vel diuina, vel quacumq. alia lege recte posita. Et quia omnis lex habet vim coactionis per pœnam: alioquin frustra ferrentur leges, si eas liceret impune transgredi: ideo secundum vnamquamq. legem, illud peccatum dicitur mortale quod pœna mortis damnatur. Veniale vero, quod leuiori pœna punitur. Vnde Aug. home. 7. super Ioan. dicit. quod crimen est, quod damnationem meretur. licet autem proprie mors sit priuatio vitæ corporalis: tamen ad quãdam similitudinem priuari finaliter diuina visione, & incurrere pœnam gehennæ mors dicitur. sicut & ipsa visio vita dicitur per Christum. Ioannis. 17. Hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te: vnusquisq. enim dicit vitam suam consistere in eo, in quo delectatur: ideo propter summam delectationẽ, quæ est in visione beata: in ipsa dicitur uita nostra consistere: & in eius priuatione cum afflictione gehennæ mors. Sic igitur quo ad theologos, quorum est considerare humana opera, quatenus regulentur legem diuina, peccatũ mortale dicitur, quo quis meretur hanc pœnam. Sũt autem quædam peccata mortalia ex genere actus: quædam venialia ex genere actus, vocando genus actus rationem, quam sortitur actus ex materia, vel obiecto. Et sic veniale distinguitur contra mortale, iuxta distinctionem materiæ, in qua peccatur, hoc modo: quia peccatum est quædam infirmitas animæ. Et ideo sicut in morbis, morbus ille dicitur mortalis, qui infallibiliter inducit priuationem principij spirtualis vitæ. Veniale autem dicitur illud, quod talem priuationem non inducit. Principium autem, quo viuimus spiritualiter, est charitas, per quam homo ordinatur bene ad Deum, & ad Proximum, & ad seipsum: & ideo illud est peccatum mortale ex genere suo, quod repugnat dilectioni Dei, proximi, & sui: Dei vt facere contra Spem, Fidem, & Charitatem, periurium committere & similia quo ad tempus: & alia sacra, quæ præcipiuntur in primis tribus

mandatis decalogi. Proximi sicut de honore parentum, homicidio, mechia, furto, & falso testimonio & similium, quæ sunt contra proximum. Sui vero, in actibus interioribus, qui comprehenduntur in vltimis duobus mandatis scilicet, non concupisces rem proximi tui, aut vxorem. Hæc enim & similia peruertunt debitum ordinem subiectionis ad Deum, & fœdus humanæ societatis ad proximum, propter quod ex genere suo sunt mortalia peccata. Quando vero voluntas peccantis fertur in illud, quod in se quidem continet quandam inordinationem: & tamen non contrariatur dilectioni Dei, aut proximi, nec tollit ordinem debitæ subiectonis ad Deum, nec fœdus humanæ societatis ad proximum, sicut verbū ociosum, risus superfluus & similia, talia dicuntur venialia ex genere. Ad hoc videtur accedere dictum Ricardi de sancto Victore lib. de Differētia peccati mortalis, & venialis. vbi dicit peccatū mortale est, quod à quouis non potest committi sine grandi corruptione sui: sine graui læsione proximi, & sine magno contēptu Dei. Cætera vero omnia videntur mihi venialia. super quod dicit Aureolus quodlibet. 2. q. 15. Ex isto videtur posse accipi quod mortale est inordinatio grādis valde, ac p hoc quod opposita ordinationi non paruæ sed magnæ & necessariæ ad finē consequendū Veniale autē est deordinatio leuis, aut parua: & per hoc opposita ordinationi vtili, siue congruæ, vel accommodæ, nō autem ad attingendū finem necessariæ. Ad idē videtur esse. S. Tho. summa cōtra Gentiles lib 3. cap 14. sic dicens. Peccatur mortaliter quando totaliter intentio mentis abrūpitur ab ordine ad Deum, qui est vltimis finis bonorum In eo enim qui peccat mortaliter omnino auertitur intentio voluntatis à fine vltimo. In illo autem, qui peccat venialiter, manet intentio conuersa ad finem: sed aliqualiter impeditur, ex hoc, quod plus debito inhæret, ijs, quæ sunt ad finem. hæc Tho. Et ibi ex intentione tenetur tractare dif-

Ricar.

S. Tho.

differentiam peccati mortalis à veniali. Differunt igitur mortalia à venialibus, similitudine multorũ actuum aliorum defectuosorum, videlicet: sicut commestio tibi mortiferi à non mortifero. sicut vulnus mortale, & incurabile per naturam, à curabili per naturam: sicut infirmitas certitudinaliter mortem inducens ab infirmitate vitam non priuante: sed sanitatem pro parte adimente; sicut offensa, pro qua quis ab aliqua ciuitate perpetuo exilio & carceri damnatur, aut morte plectitur, ab offensa, quæ tẽporalẽ pœnã meretur, sicut actus, quo omne lumen oculis subtrahitur, ab actu quo oculi per medium subtile lumen intuentur: sicut infectio radicis arbòris alicuius à læsione ramusculi alicuius in eadem arbore: & sicut cursor in via vadens in contrarium à termino ad quem: ad eum, qui versus terminum ad quem vadit claudus stans vel paulisper à via deuians.

Quod per peccatum mortale charitas perditur, & quod scire non possumus semper vbi sit peccatum mortale, immo quam periculosum sit illud diffinire Cap. XXIIII.

EX præmissis, & pro eorum latiori manifestatione ponantur conclusiones.

Prima conclusio. Habitus castitatis est vita animæ. patet per Aug. 4 de Trinitate. cap. 9. di. Mors spiritus est à Deo deseri: mors autem corporis à spiritu deseri. Nec intelligas Deum separari absolute. Est enim aliqualis presentia Dei animæ ipsi etiam peccatrici: sed non secundum illum effectum Dei spiritualem, per quem Deus animam viuificat. Talis autem effectus est charitas, quia nullus effectus sine charitate valet. vt dicitur prima Corin. 13. Separatur autem Deus, cum effectum talem sui subtrahit.

Secunda conclusio, Nullus actus de genere mo-

ris in habente vsum rationis est simpliciter indifferens: neque quo ad bonitatem moris, nec quo ad meritum, vel demeritum: saltem boni temporalis. Satis patet per. sanctus Tho. prima secundę. quæst. 10. Ideo qui minima negligit, paulatim decidit: in maiora prolabitur. Nam veniale peccatum, & si non perimit de per se vitam gratiæ, quæ est vita prima: infirmat tamen operationem eius, quæ est vita animæ secunda: & ad mortem, si multiplicetur, disponit. retardatq. à profectu meriti: & ab acceleratione visionis Dei. In via enim Dei non progredi, regredi est.

Terta conclusio. Deus vitam ab anima non subtrahit: nisi prius anima uitam deserat. Probatur per Aug. de vera & falsa pęnitentia: dicentem ante finem. Deus cum incipit semel benefacere, nisi derelinqueremus eum, eiusdem beneficium, quod omnino nostrum est, cum prior sit inspiraodo: cogitur ex necessitate iustæ misericordiæ neminem posse prius relinquere. Non enim sui est relinquere: nisi relinquentem se. Item in de natura & gratia: Deus deserit, nisi deseratur, vt pie iusteq. viuatur. Et. 13. de ci. Dei. cap. 12. Aliquando anima deseritur à vita sua quæ illi Deus est: non deserta est, vt desereret: sed vt deseretur deseruit. Ad malum enim prior est voluntas eius, ad bonum vero prior est voluntas Creatoris.

Quarta conclusio. Licet in multis scire teneatur quis vbi committitur peccatum mortale: nullus tamen, tenetur scire, nec scire potest specialiter in omnibus difficultatibus, an ibi sit peccatum tale. prima pars patet ex prima par. cap. 4. & 5: alias enim ignorans ignorabitur. secunda pars patet in multis materijs: vbi doctores contraria opinantur. Illud etiã sentire videtur Aug. 21. de ciu. Dei cap. vltimo dicens. Quis iste sit modus, & quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt peruentionẽ ad regnũ: Dei vt tamen sanctorũ amicorum meritis impetrẽt indulgen

tiam

tiam difficillimum est inuenire, periculosissimum est diffinire. Ego certe vsque ad hoc tempus, cum inde satagerem, ad eorum insataginem peruenire non potui. Fortassis & propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia cauenda peccata pigrescat: quoniã si sciretur quę vel qualia sint delicta, pro quibus etiam permanentibus, nec prouectu vitæ melioris assumptis, intercessio sit inquiréda sanctorũ & sperãda: eis secura se obuolueret humana segnitia, nec euolui talibus implicamentis illius virtutis expeditione curaret.

Quinta conclusio. Valde periculosum est diffinire aliquid esse peccatũ mortale, nisi hoc cõstet multũ euidenter. Patet hoc per præfatam Augustini auctoritatem; vbi dicit. Difficillimũ est inuenire, periculosissimũ diffinire. Vnde. S. Tho. quodlibet. 8. q. 15. dicit. Omnis quęstio, in qua de peccato mortali quæritur, nisi expresse veritas habeatur, periculose determinatur: quia error, quo nõ creditur esse peccatũ mortale, quod peccatum mortale est, conscientiam non excusat à toto, sed forte à tanto: quod intelige, vt c. secundo dictum est, & parte prima cap. 4 & 5. Error vero, quo creditur mortale esse quod mortale non est, conscientiam ligat ad peccatum mortale. Præcipue vero periculosum est, vbi veritas est ambigua. Vnde Cancellarius de vita animæ dicit. Doctrina salubris est pro doctoribus thelologiæ: vt non sint faciles asserere actiones aliquas, aut omissiones esse peccata mortalia pręsertim sub verbo vniuersali; & cum prædicandum erit ad populum. A litterato, inquit, & experto viro accepi: pernitiosum esse in omnia arte, vel doctrina assertione audacem, & extremã, maxime vbi obseruatio communis omittitur, obuiatque. Itaq. debet quilibet nũquam obliuisci, quã incerta est scientia nostra; ita vt idem homo sæpe breui momento temporis, nunc in hanc, nunc in oppositam feratur sentẽtiam. Fit prætere a quandoque, vt per tales assertiones publicas,

nimis duras, generales, & strictas: præsertim non certissimas, nequaquam eruantur homines à luto peccatorum: sed in illud profundius, quia desperatius immerguntur. Varij præterea casus sūt, & quasi infinitæ circumstantiæ. Pro quarum diuersitate diuersificari debet iudicium: ita vt vix possit aliqua in moribus regula tradi, quæ in particularibus casibus exceptionem non admittat. Deniq. generantur ex hinc scrupuli inquieti, conscientiarum simplicium, vt in eis sit solidum nihil. Nam & si beatus est vir, qui semper est pauidus, & qui veretur omnia opera sua: obseruandum támen sumopere illud Terentianum. Ne quid nimis. Et vt idē loquitur, ne in scirpo nodum quærat. Ne quoq. ei improperetur illud eiusdem. Quid si cœlum ruat. Demum quoq. quid prodest, immo quid non obest, coarctare plus iusto mandatum Dei, quod est latum nimis. Quid insuper expedit amarius, grauiusq reddere illud iugum Christi, quod suaue est, & onus eius leue. Nam & si contemptus ex hac laxatione apud quosdam improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatem. Sed apud alios bene institutos gratiarū resonabunt actiones: præstabitur etiam sedulius obsequiū Domino & patri tantæ mansuetudinis: cuius mandata grauia non sunt. Et qui vult nos tentari & non grauari super illud, quod possumus. Sequitur ex præmissis quòd stulte quærunt, qui petunt distinctionem, aut differentiam peccati mortalis à veniali per regulam generalem, facientē particulariter & infallibiliter scire de quolibet actu, si est mortalis aut venialis. patet ex præmissis. Et illud sic ostendit Cancellarius vbi supra. Tales, inquit, petunt, ac si quererent à medico doceri se vno verbo regulas generales de omnibus morbis, & venenis, & cibis, & vulneribus, quomodo, & quando non mortem inferrent. Et certe ad singulares circumstantias. & particularia legis præcepta, diligens nostra consideratio descendat oportet: quibus perpensis,

pensis, loquendum est, vt sapiens iudicabit. Idem cibi, exempli gratia, nonne quæso potest vni mortem certam, alteri leuem ægritudinem inducere. Vide quod venenum fortissimū mortis inductiuum ipsi compositores Thyriacæ ad mortis euasionem conficiunt. Porrò diuersis hominibus; immo eidem homini varijs temporibus quis nesciat eundem cibum nunc salutiferum fieri, nunc mortem celeriter operari.

Dat sex regulas vniuersales cognoscèndum peccata mortalia. Cap. XXV.

Sed quæreres. Quid igitur proderit doctrina vniuersalis super talibus cognoscendis. Respondetur, quod plurimum prodest per omnē modum. Nam regulæ generales fundamentaliter traditæ, dum ad particularia ventum est, ostendunt quid de singularibus iudicandum sit. Singulares quippe ad regulas illas vniuersales resoluere conuenit: quo facto veritas illucescit. Carens autem notitia huiusmodi regularum vniuersalium: quando precor poterit his resolutionibus. Vti? quomodo mensurabit ad regulam, qui regulam non habet? Proderit tamen non negamus circa species peccatorum, regulas apponere speciales: sed hoc alterius considerationis est. Nunc tamen super regulas vniuersales quasdam tactas præcedenti capitulo, & tertiodecimo ac vigesimoprimo: ponentur adhuc aliæ. 15. à Cancellario, & ab alijs Theologis notabilibus.

Est igitur secūdum Cancellarium. Prima regula. quod nullum est peccatum mortale actuale, absque consensu liberę rationis, vere, vel interpretatiue. Interpretatiuū autem consensum dicimus esse, dum habuit ratio tempus deliberandi, & refugiendi ea, circa quæ vitanda peruigil esse tenebatur: qualiter dicit Lex forensis: quod qui tacet consentire videtur, dum, scilicet, repugnare deberet. Consensus au- Cōsensus interpretes.

tem solum in actum venialiter malum, est tantummodo venialis: loquendo de veniali ex genere suo, vt est verbum otiosum.

Secunda regula. Non quilibet tenetur scire de quolibet peccato mortali, an sit tale: licet expediat illud inquirere, & scire, iuxta vniuscuiusq. vires & statum: & plus ecclesiasticos, quam laicos. Et inter ecclesiasticos, prælati ex officio tenentur, quod sint parati omni poscenti reddere rationem de ea, quę in eis, est fide & spe.

Tertia regula est, quod comparatio peccatorum ad inuicem, secundum grauitatem maiorem & minorem generaliter sumi nequit, nisi compararentur in genere suo, & cæteris paribus. Quoniam secundum alias circunstantias particulares se habent plurimum, vt excedentia & excessa.

Quarta regula. Quantificatio peccatorum à posteriori, sumitur à peccata licet non sufficienter vsquequaq; & à priori penes genus obiecti & intentionem finis: & libidinem, seu conatum voluntatis maiorem vel minorem, & causam motiuam, tempus & locum, & penes damna inde sequentia, quæ peccans præuidebat aut præuidere tenebatur.

Qninta regula. Bonitas moralis sumitur ex obiecto, sed totalis bonitas moralis specialiter dependet ex circunstantijs finis: & aliorum simul adunatis. Malitiam vero ex vnius aliarum circunstantiarum carentia ponimus resultare. Cæterum bonitatem gratuitam & meritoriam, gratia gratum faciens operatur.

Sexta regula. Omnis actus, cuius finis intentus est peccatum mortale, mortalis est, siue intendatur actio, siue habitu: quod scitur, si operans interrogatus, cur hoc facis? & aduertens tandem respódebit, ad hunc finem feci.

Septima regula Actus, qui aliunde esset mortalis. & fit propter finem venialem: videtur esse solū venialis, nisi forte præstituatur finis ille, vt vltimus

mus & quietans: & non solum vt incidens, & minus principalis actu vel habitu.

Octaua ragula. Nullum etiam desiderium rei illicitæ factum tantummodo sub conditioue, actualiter vel habitualiter adhibita est de per se mortale delictum: de per accidens tamen propter appetitus sensualis cõmotionem nimiam, qua scienter dimitti tur inualescere, ex talis desiderij continuatione libera: potest ipsum inter mortalia deputari.

Nona regula. Siqus mouetur occasionaliter solũ ex peccato mortali ad aliquem actum faciendum, non opportet illum actum esse peccatum mortale. Secus si causa principalis huius actus esset peccatũ mortale.

Decima regula. Exponere sa periculo peccati mortalis est mortale peccatum: vel sic, agere incertum & dimittere certũ in materia morali est peccatum mortale: si tale sit incertum, quod sit mortale, non solum per coniecturas leues, at ex suspitione trepida, & scrupulosa, prouenientе ex nimio timore cadendi in via Dei. Sed intelligitur dum tale est vehementer, & probabiliter incertum, æque sicut oppositum vel magis: tunc enim illud, quod agitur non carebit mortali culpa: aliter non oportet, vt tactum fuit supra capitulo. 11. & 13.

Vndecima regula. Omnis ageus contra conscientiam ædificat ad gehennam, vel mortaliter, si conscientiam sit fixa, quod id, quod agitur, sit mortale, vel venialiter solum, quantum est ex parte vniuscir cunstantiæ, quę est facere contra conscientiã: si conscientia, videlicet, solum illud esset veniale.

Duodecima regula. Nullus est actus adeo mortalis, quin ipse vel sibi similis sit non mortalis: si displicet, vel si nõ non placet cõsensu perfecto & deliberato. Similiter nullũ peccatum est adeo veniale, quin ipsũ vel sibi simile fiat mortale, dũ placet: hoc est dum consensus additur: si tamen illud veniale erat actus mortalis ex genere suo: & ex eo, quod

non

non fiebat ex consensu libero & perfecto venialis reddebatur.

Tertiadecima regula. Multa ex genere mortalia sunt, quorum similia possunt effici bona dum trahuntur extra rationem suam: quemadmodum dolere deliberate de bono alterius, est mortale delictũ. Si vero hoc fiat pro zelo iustitiæ boni communis, cui contrarium est male bonum, iste dolor virtus erit. Plerumque etiam multa ex genere bona essét, quæ ex aliqua circumstantia peruersa fiunt mala, & speciem mortalem imitantia. Nihil est adeo consilium in lege Euangelica, quin in casu possit obligatorium esse: & ita quilibet vtens ratione, tenetur secundum præparationem animi ad quodlibet consilium, vt puta martyrium vel dimissionem omnium suorum & similium, si ibi necessitas immineret hoc agendi. Obligat insuper quodlibet consiliũ, vt non contemnetur, tamquam non sit salubrior seruatio eius quam oppositi Et tamen nullus ita consilijs seruandis astringitur, quin ab eo aut possit, aut debeat in casu eorum obseruatio verbalis quandoque prętermitti, vt de nõ habendo duas tunicas: & de præbendo pallio tunicam auferenti, & similibus.

Quintadecima regula. Quia ars non deliberat, si ex virtute agit aliquis quandoque quasi subit, sit ex peruersa assuefactione vitiosus: quasi repente pręcipiatur. Et ita male habituatus in vitijs, vt iniurando, concupiscendo, odiendo, iniudicando, & similibus, ferè demeretur continue, sicut virtuoso continuo merces accrescit, vt verũ sit, qui in sordibus est sordescat adhuc: & iustus iustitiam faciat adhuc.

Decimaseptima regula. Est de permissionibus peccatorũ, & relaxatione pœnarũ, videlicet, quod pęnę sunt restringendæ, sic quod absq vtilitate reipub vel eius, cui infliguntur, nec instituí, nec institutę exequi deberent: & peccant oppositum facientes, vel eas cum instituerint non tollentes. In omni republica tollerari possunt, aut debent vitia,

quę

quæ absque deteriori periculo, neque corrigi neque extirpari valerent. Quando autem illud est, & quando non, difficile est: & sæpe impossibile generaliter diffinire: nisi prout circumstantijs particularibus inspectis, prælati superiores & sapientiores determinabũt. exemplum est de meretricibus, vsuris, & similibus, quæ quandoque permittuntur: & ita de concubinarijs pro loco, & tempore staret forte esse faciendum.

Docet quando aliquid sit peccatum in regulis religiosorum, & in alijs statutis humanis: & quid sit contemptus. Cap. XXVI.

SVnt etiam aliæ regulæ de quibusdam peccatis, quæ contingere possunt circa varios actus, videlicet, de scandalo: ignorantia, & contemptu: de quibus sit hæc prima regula.

Nullus agens bene secundum omnes circumstantias, dici debet dare scandalum alteri, quantumcumque scandalizetur alius. Scandalum est dictum, vel factum minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ. Nam in via omnino recta siquis ceciderit, non ex scandalo viæ, sed ex proprio defectu prouenit. Solus aũt ille scandalizat actiue: qui aduertens, vel aduertere debens, alios proniores esse ad peccandum ex modo suo agendi, quod sibi non est in præcepto, nihilominus ipse operari non desistit. Secus in casibus hic exclusis, vbi malitia propria est scandalum gratis acceptum. Vbi præterea non est aduertẽtia, nec esse debet de scandalo alterius, & vbi quis ad illud operandum teneretur. Dicitur vero ille ex malitia sua peccare, & scandalum accipere non ex actu alterius: qui informatus sufficiẽter de bonitate huiusmodi actus nihilominus in ruinam vult cadere; vt si ex voto religionis emisso: parentes post sufficientem de religionis perfectio-

Prima regula.

ne

ne informationem, se scandalizari conquerantur. Scãdalum est huiusmodi non pusillorum, sed pharisęorum, acceptum, scilicet, & non datum. Vnde quilibet ab omni actu, cui non est constrictus aliunde, tenetur desistere, quãdo timet vel timere debet secundum vehementem coniecturam scandalum pusillorum: quousque de isto compescendo diligentiã compleuerit; nisi forte pro communi vtilitate, vnctio Spiritus sancti doceat illud tunc agendum, vt Christus fecit in publicatione veritatis.

Secunda regula.

Secunda regula est de ignorantia. Ignorantia iuris diuini, si sit culpabilis, non cadit in facientem illud, quod in se est; quia scilicet talem hominẽ in necessarijs ad salutem quæ vires suas excedũt, docere immediate paratus est Deus. Ita etiã ignorantia inuincibilis excusat in eis; præsertim quę sunt facti non autem crassa, vel supina, quę prouenit ex negligentia sciendi, & faciendi quod in se est. Dicitur autẽ inuincibilis, non quin vinci nõ possit, aut quod necesse sit ex ea tunc operari; sed quia operans sufficienter secundum casus euentum, diligentiam apposuit sciendi illud quod nescit De ignorãtia vero iuris humani sufficienter promulgati tenẽdum est; quod nõ liberat subditos à pœna in foro exteriori; licet quo ad Deum frequẽter excuset à culpa quosdam ignorãtes. Insuper sciendũ quod dans operam rei illicitę ad se nõ spectanti nõ excusatur per ignorantiam de peccato sequenti. præsertim quo ad pœnas in foro exteriori de rigore soluendas; sed apud Deum non imputatur ad nouum, vel ad maius peccatum, sicut interfectio hominis per ebriũ non vtentem ratione, non habet culpam maiorem, quam fuerit talis ebrietas. De adorãte vero adoratione Deo debita asolutę idolum; vel diabolo transfigurantem se in angelum lucis, seu Christi: dicendum quod talis à mortali crimine nequaquam excusatur; nec hic ignorantia inuincibilis locum habet, sed probandi sunt spiritus si ex Deo sunt. Secus si sub conditione im-

implicita, vel explicita hæc adoratio fieret, vbi probabilis coniectura de sic agendo cõtingeret: quemadmodum hostiam non cõsecratam; immo lapidem hostiæ similem casus aliquis licite faceret adorare.

Est de contemptu hæc, videlicet, contemnens au ctoritatem superioris, non ex passione: vel fragilitate vel ignorantia: sed ex contemptu qui est principalis causa, aut finis transgressionis suæ; reus peccati mortalis existit, vt dum quis dicit superiori in eo, quod superior; ego in despectum vestri hoc agam, quod inhibetis alias non acturus. Pro cuius verbi intellectu notat Antiss. in summa, quod contemptus tribus modis fieri potest. Vno modo est appreciari rem minus iusto. Alio modo est rem negligere, & de ea non curare: vt cum peccans habet circumstantias retrahentes, sed eas non curat aduertere. claudit quoque oculos quodammodo, & vertit tergum ad eas. Tertio modo est irasci rei tam vili, & eam aspernari. Primum est malum; secundum est peius, tertium pessimum. Dicamus igitur, quod in omni peccato etiam veniali committitur contemptus Dei. Primo modo vere, vel interpretatiue. Secundus contemptus interuenire potest tam in mortali quàm in solo veniali. Tertius cõtemptus contra Deum præcipientem, & contra prælatum suum in quantum prælatus est; non videtur numquam fieri cum deliberatione completa, absque peccato mortali, & hoc vocatur proprie contemptus. Diligenter tamen aduertendum; quod refert plurimum, dicere aliquid fieri ex contemptu, & aliquid esse cum contemptu; sicut refert aliquid fieri ignoranter, & aliquid ex ignorantia. Dicitur quippe aliquid fieri ex contemptu; quando contemptus est principalis causa talis actionis; sic quod illo nõ existente non fieret actio. Ita quis operatur ex ignorantia; quando ista non existente, nullo modo fieret id, quod fit. Prouenit autem actus nonnumquam cum contemptu vere vel interpretatiue, non tamen Tertia regula

ex

ex contemptu; quia contemptus non est in causa; sed vel infirmitas, aut debilitas, aut ignorantia, aut affectio aliqua vitiosa & libidinosa dominatur. sicut peccat aliquis quãdoque ignoranter, ita tamen quod non minus operaretur, quod operatur, si illud cognosceret; ideo palam est ignorantiam tunc non esse causam agentem, sed circumstantem. Ex his omnibus patet quod non videtur regula generalis posse sumi de distinctione inter mortale penes hoc, quod est esse vel non esse ex contemptu; quoniam si capiatur contemptus primo modo, non est necesse omnem actum factum ex contemptu esse mortale: dum, scilicet Deus, siue prælatus appreciatur minus iusto solum venialiter: & ex contemptu tali mentitur aliquis, aut ociose iocatum; aut lente resistit primis motibus. Similiter ex secundo contemptu potest euenire, quamuis non ita leniter, nec frequenter, sed actus si prouenit deliberate, ex deliberatione completa ex tertio contemptu semper est mortalis. Hoc enim fit quando peccans attendit ad præcipientem, & ad præceptum eius licitum siue sit Deus, aut prælatus: & propter vilipensionem, aut aspernationem præcipientis, suiq. præcepti assurgit effrenate ad talem actum faciendi, vel omittendum: alioquin non facturus, vel non omissurus: hoc proprie est agere ex contemptu, tamquã si dicat aliquis: ego in despectum vestri: & quia sic præcipitis, agam oppositum: non tamen omne peccatum mortale tali vestitur circumstantia Aegidius vero quodli. 6. q. 11 vbi quærit. An religiosus frangens silentium, agat contra constitutiones, peccet mortaliter; distinguit di. Ex contemptu peccat quis dupliciter. Primo, si hoc ipso, quia hoc religioso præcipi potest, ipse vult contrarium facere: vbi maxime apparet contemptus; sicut diceretur aliquis in contemptum & despectũ facere contra aliquem; quando videretur facere ea, quę sibi sunt cõtraria. Secundo dicitur facere in contemptũ religionis,

ris, quando non tenet se ad finem religionis: & religionem nó reueretur, nisi quantum timet, vel propter aliam causam, cuius ratione nihil curat obseruare de statutis religionis: sicut dicimus quod aliquis cognoscés vxorem suam peccat mortaliter, si cognoscat eam, non quia vxor est, sed quia fœmina. Ille autem cognoscit vxorem suam, vt vxor: est quã do nullo modo alij se vellet contingere. Ille autem vt fęminam, qui coniungit se ei, non habens differentiam cui se coniungat, an vxori, vel alteri Sic & multi in religione viuunt: quia non possunt, vel quia verecundantur aliter viuere: & si possent sine verecundia: libenter colla ab onere religionis excuderent. Tales vt plurimum, manente tali voluntate, reuerentiam, ad religionem nó habent. Vnde tales pręuaricantur religionis statuta ex contemptu: quia religionem contemnentes, nihil curant de religione obseruare, nisi quatenus possent in religione tollerari. Si ergo sit frangitur silentiũ, quod frangens in nullo frenum religionis habens libenter in alijs contrairet: sicut coniugatus in nullo frenum coniugij habens: libenter alijs coniugijs commisceretur: potest esse peccatum mortale. Sed siquis ex societate, vel aliter sine religionis contemptu frangat silentium: vel sit præuaricator eorum, quæ secundum se non sunt mala; sed sunt in religione vetita solum propter obligationem ad pœnam, & non ad culpam, non dicimus quod mortaliter peccet. hæc Aegydius. Satis cõcordare videtur Cancellarius vbi supra, vbi sic dicit. Si religiosus contempserit regulam suam & sui superioris auctoritatem. etiam in ijs, quę appellamus admonitiones, seu monitoria, seu ordinationes: & pro quibus sola disciplina ordinis statuta, aut superioris est arbitrio derelicta, ille peccat grauiter: quia & monitũ contemnit & remedium: vt Ber. in de pręcepto. ait. Itaq; passim & absque prætenso qualislibet ignorantiæ, vel fragilitatis velo: sed sola libidine transgre-

grediendi quæ monita sunt religionis, effrenus est ad omnia velut vnus ex secularibus palam est, quod contemnit: præsertim si super his ipse addiderit pertinaciam, quæ recusat disciplinam. Sit accipiendum reor illud beati Bernar. & aliorum communiter dicentium: talia esse criminalia, si contemnentur: vel si fiat ex cõtemptu. Carent autem hoc contemptu, qui ex fragilitate humana, vel quandam leui curialitate frangunt silentium, aut alia agunt opposita ijs, quæ monita sunt, vel secundum Bernar. factiua præcipue: quia parati sunt ad disciplinam ordinis, dum illa iuste requiritur ab eis conformiter ad regularem institutionem, & consuetudinem bonam in talibus obseruatam.

Docet quando præceptum diuinum si obligans ad mortale peccatum, & quando non: & quam latum sit medium virtutis secundum virtutem Epikeyæ. Cap. XXVII.

AD maiorem autem declarationem, quæ sint præcepta ad mortale obligantia: & quæ solũ ad veniale: pro finali conclusione huius tractatus: notandum est secundum prædictum Cacellarium: quod quia Dei mandatum est latum nimis secundũ psal. Ideo in præceptis quibuslibet, attẽditur quadruplex latitudo, videlicet, magna, parua, minor, minima.

Magna inquam parua secundum quas mortaliter & venialiter peccare possumus. Minor vero, vbi aliquid est consilium solum. Sed minima vbi iam est consumata iustitia, quæ solum, habetur in patria. De qua Augu. dicit: quod præceptum de dilectione dei ex toto corde solum in patria perfecte & proprie impletur.

Magna igitur latitudo est, infra quam consistit iustitia: qualem à nobis requirit deus, sub pœna incur-

incurrendi odium suum cum reatu mortis ęternæ. Extra hanc latitudinem nō stat rectitudo, quam qui transit, & egreditur agendo, vel omittendo, ipse in tortuositatem peccati mortalis semper labitur.

Hæc latitudo magna, est medium virtutis, quale posuit Aristot. esse indiuisibile, tamquam signum ad sagittam. Conformiter ad hoc loquitur Oratius. Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos vltra citraque, nequit consistere rectum.

Alia latitudo strictior, & parua est, infra cuius limites consistit iustitia, seu rectitudo: qualitate à nobis requirit Deus mediate, vel immediate, si volumus vitare, non tantum odium suum cum reatu pœnę æternæ secundū legem, sed etiam offensam eius quamlibet, aut non retardari à vita æterna, aut corporaliter non puniri. Exorbitatio ab hac latitudine, constituit aliquando tantummodo peccatum veniale, dum, videlicet, deuiatio non est tanta, quod exeat primam latitudinem: nec ita parua quod maneat infra secundam. Certum enim est quod in pueris & infirmis, & alijs non habentibus plenitudinem vsus rationis sæpe venialia sunt, quæ apud viros grandiores merita criminalia dicuntur. Sicut etiam quędam ex genere mortalia sunt venialia in alijs hominibus ex defectu plenæ deliberationis, & consensus, vt sunt cogitationes illecebrosæ, non morosæ. Exemplum de latitudine pręfata duplici in præceptis. Sit enim illud præceptum. honora Deū, & parentes. Potest aliquis non honorare parentes multipliciter. Vno modo, quia pro tempore, & loco, quibus honorandi sunt: ipse dum cogitat de eis, spernit eos consensu pleno & deliberato, aut scienter cum deliberatione perfecta: ista tunc omittit, quæ ad honorem debitum pertinent. Erit enim hęc latitudo præcepti sic explicabilis. Honora Deum, & parentes loco, & tempore, quibus cogitabis de eis: sic quod consensu perfecto, & deliberato eos, nec malignanter in honores; nec honore suo volun

tarie scienter, atque notabiliter in honores. Quisquis exierit hoc medium virtutis, eamq; latitudinem:ille profecto tenebitur reus deuiationis tortuosæ, & criminalis. At vero quia contingit aliter in honorare Deú, & parentes. Erit rursus alia latitudo præcepti sumpta per Epikeyam ex alijs circunstantijs. Potest itaque inhonoratio talis contingere, quæ non erit notabilis malitiæ in genere suo: vt leuis gustus, aut risus, aut verbum ociosum, aut minus sobrium in pręsentia sanctorum, Dei, aut parentum suorú, etiam cum deliberatione. Et dum actualis ad ista habetur consideratio: potest nihilominus inhonoratio reperiri, quæ licet ex se sit notabilis, caret tamen consensu pleno moroso, & deliberato: ob ætatem, infirmitatem, ignorantiam, surreptionem: non facientes primam inhonorationem: dum tamen absque scandalo fiat aliorum, quis auderet culpæ mortalis arguere? Secundam similiter nullus, opinor, mortalem accusabit: ita in omni ferè præcepto reperire est. Ex hinc etiam elicitur euidens necessitas virtutis illius; quam Aristo. Epikeyam appellat. Cuius est considerare ne dum præceptum de se. sed circústantias omnes particulariter ipsum vestientes: de quo dictum est cap. 19 supra. Ex his consequenter habentur modi concordandi rigorem iustitiæ, atq; seueritatem disciplinæ cum lenitate misericordiæ & fauorabilis indulgentię, immo necesse est, vt in omni actu nostro, vt alterutrum cantemus Deo misericordiam & iudicium. Alioquin iustitia in inquitatem, & seueritas in crudelitatem conuerteretur. Quemadmodum siquis paruulum filium suum damnare vellet ad carcerem, quia puerili ira motus matrem percussit. Ita de ebrio, fatuo, aut inaduertente, quis non cognoscit hanc pœnam esse iniustissimam, quam in alium grandæuum, sobrium & deliberatum liceret inferre. Quare concluditur, quod præceptú si sub prima latitudine explicata cogitetur, aliter obligat quam sub secunda.

Pri-

Prima latitudo proprie vocatur pręceptum. Secunda vero latitudo, vocatur mandatum, ſtatutum, ordinatio, vel magis apte vocatur monitio, quod ſonat, vt ratio ſit peruigil: vt nec venialibus deturpetur. Sic etiam patet, quod eſt quædem lex inter præceptum & conſilium: quæ lex plus ligat quam conſilium: & minus quam præceptum. tamquam ſi diceremus in omni policia illam legem dumtaxat eſſe præceptum, cuius tranſgreſſio ſecundum omnes circunſtantias penſatas, extremo mortis ſupplicio plectenda cenſetur. Illi vero legi monitionis nomen appropriate dicemus, cuius tranſgreſſio circunſtantijs omnibus ponderatis, veniam habet, aut temporalem ſolam punitionem demeretur.

Simile docet de Votis, Iuramentis & præcepti cõmunibus. Cap. XXVIII.

SEquitur ex præhabitis hæc prima regula generalis. Sicut in præceptis, ita in votis ſaltem communibus: & in iuramentis, ac in obedientia duplex illa latitudo prædicta, intelligenda eſt ſic: quod omnis voti communis, aut iuramenti, vel alia tranſgreſſio eſt peccatun mortale. Iurametum enim & vota talia ita numquã proferuntur abſolute, quin interpretationes, conditiones, gloſas, aut ciuiles intelligentias ſuſcipiant: vt ſapiens Epikes iudicabit: hoc enim iam ſupra probatum eſt cap. 19. Ad idem ſunt plura iura, ad idẽ eſt ratio ex ſacra Scriptura ſumpta. Cum enim finis omnis legis ſit Charitas ſecundum Apoſtolum. 1. Thi. 1. Cum præterea religiones, & auctoritates prælatorum datæ ſint ad ædificationem corporis Chriſti myſtici, non ad ſubuerſionem, & illaqueationem fideliũ ſe eis ſubmittentium: quis auderet dicere, aut cogitare quod ſancti viri, ſãcto ſpiritu pleni ſupra iugum Chriſti ſuaue: & facilitatem legis ſuæ, adijcere voluerint onus

grande, tot & talium constitutionum sub obligatione pari ad precepta pure diuina: hoc est sub reatu, & poena damnationis æternæ? Dictum est autem in votis cōmunis notanter: quia secus est de particularibus votis: quia vota in communitatibus interpretanda sunt magis ad intentionem communem, quæ illic habetur, aut haberi debet: quam ad particularem intentionē vouentis. Vouens autem particulariter in re propria, sicut est actor voti: ita est suus interpretator ex intentione propria: quamuis intentio si sit palam erronea, aut stulta, peccet: certe nec ad voti ligat impletionem, immo quod superiori auctoritati semper referuetur: habet vniuersalis vsus ecclesiæ.

Secunda regula generalis. Sicut non omnis profitens Euangelicam regulam, vel legem, & ad obseruationem sui se obligans quod fit in baptismo, peccet mortaliter in omni transgressione, cuiuscūmque in eadem lege contenti: sic nec omnis profitens alicuius religionis regulam, vel iurās statuta alicuius communitatis peccat mortaliter, in omni transgressione, sicut in veteri lege, sic & in noua sunt multæ traditiones, quæ quandoque præcepta, quandoque mandata, quandoque institutiones, quādoque leges diuinę nominātur. Quarum tamen aliquæ sunt precepta stricto nomine, aliæ monitiones, immo aliæ consilia solum; & aliæ iustitia consummata: eodem modo est in regulis, & statutis religionum.

Est igitur tertia regula consolatoria hæc: quod institutiones humanæ non debent tales interpretationes aspernari, quales iuramenta, & vota, secundum concordem doctorum sententiam recipiunt etiam dum proferuntur absolute. Alioquin enim in laqueum, & magnum salutis dispendium verterentur. Sed argueres sic. Omnis violans iuramentum aut votum peccat mortaliter; quia periuriū est mortiferum Sed Ioannes monachus iurat omnia seruare, quæ sunt in regula; non enim fecit exceptionem; ergo

ergo in omni trāſgreſſione huiuſmodi voti & iuramenti,& obedientiæ:peccat mortaliter. Reſpondetur cōcedendo maiorē, & negando minorem, videlicet,quod iuramētum, votū cadat iſto modo ſuper omnia,quæ in regula continentur.Sed quæreres ſuper quæ cadūt,& ſuper quæ non Accipe de hoc regulā generalem hāc. quod ſuper ſola pręcepta proprie dicta, hoc eſt ſecundū primam latitudinē conſiderata cadit hoc modo votum, & iuramentū profitentis regulā: & quicquid regulę verba ſonant;tamen interpretatio talis habēda eſt ; tum per rectam rationē,tum per ſuperioris diſcretionē; tum denīq; per legem,quę maior eſt;legē inquam diuinā & charitatis.Sed diceres multi ſimplices,immo & litterati fortaſſis,putāt ſe vouiſſe, vel iuraſſe regulam aut ſtatuta ſeruare;& omnia,quæ illic ſcripta ſunt, ſine omni conditione,aut exceptione.Reſpōdetur; ſi humiles ſunt, ſicut eſſe debent,vel ita adhęrent ſenſui ſuo,quin explicitè vel implicite,actu vel habitu,parati ſint ſtare in talibus ad interpretationē, & iudicium prudentiorū. Ita dicimus de omnibus ſtatutis collegiorū,vniuerſitatum,& capitulorum ; cum dicitur alicui. Tu iuras ſeruare inuiolabiliter omnia ſtatuta,iura,priuilegia,libertates, cōſuetudines laudabiles; nec ipſis quomodolibet cōtraire, clam,vel occulte , directe vel indirecte ; & obedies tali, vel tali ſuperiori tuo in omnibus licitis & honeſtis. Dehinc particularia talia iuramenta interpretanda ſunt ciuiliter;aut in illis modo ſupradicto, ſtatuenda eſt latitudo magna , ſeu interpretatio Epikeiæ . Eſt autem interpretatio hæc,vel ſimilis; quod iurās ſeruabit ea ſicut à legiſlatoribus ordinata ſunt, aut ordinari debuerunt ; vtpote præcepta proprie dicta;vt præcepta;monitiones,concilia ſicut concilia; quod inſuper obediat in omnibus licitis , & honeſtis ſuperiori ſuo ; verbi gratia ; ſit ille rector, obediat inquam in eis,quæ ad officiū rectoris ſpectant; & quæ pro vtilitate manifeſta politiæ, cui præeſt ſi-

bi, præcepit secundum institutiones, & consuetudines laudabiles eiusdem policiæ. Et nisi valeat legitima excusatione, vel exceptione se tueri, vt, quia plus alijs gratis oneratur: vt quia ab alijs vrgentioribus impeditur, quod si non possit ita iurans docere sufficienter de impedimento legitimo; ille quidem punietur per rectorem ciuiliter pro inobedientia. Certumq; Deus, qui cor intuetur, eundem liberabit. Et sic de regulis generalibus peccatorum pro conscientiæ directorio dixisse sufficiat.

Nam de specialibus videantur summæ doctorum, & tractatus modernorum. Specialia tamen peccata in multis cognosci possunt, si regulæ præfatæ vniuersales, vt oportet, applicentur casibus particularibus. Et de hoc vide tractatum, quem collegi de lepra animæ.

Docet quomodo in opinionibus de fide, doctoribus contraria tenentibus, scrupulosus se tute habere valeat. Cap. XXIX.

PEnultimo nunc quæritur. Vtrum doctoribus in materia fidei contrariantibus, quis possit sequi vnam opinionem, sine periculo peccati mortalis: sicut multi dicũt in casu simili de moralibus. Respondetur quod Beatus Augustinus lib. 2. de prædestinatione sanctorum dicit. Interest in quantis, & in quibus rebus erretur, & quam facile se quisquis corrigat, vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem: ideo multiplici distinctione in his vtendum est, & similibus. Vna de materia, circa quam doctores variantur in opinionibus: alia de ipsis doctoribus. Tertia de ipsis auditoribus. Quarta de modo adhærendi opinionibus ipsis, aut suorum auctoribus. Quinta de efficacia motiuorum in auctoritate doctorum, ratione, & argumentis.

Quo ad primum. Notandum quod materiæ, circa quas

quas variantur doctorum opiniones, vel pertinent ad fidem, vel bonos mores, aut non; sed pertinent, seu sunt circa materiam artium facultatem, puta, grammaticæ, logicæ, philosophiæ, medicinæ, metaphysicæ, &c. Si primo modo adhuc distinguendum est: quia ea, quæ ad fidem pertinent, aut expresse, aut manifeste habentur in sacra scriptura, vel ex auctoritate ecclesię manifeste fidelibus tamquam credenda sunt exposita. Aut talia, quorum nec testimonium manifestum sacræ Scripturæ habetur, nec expressa ecclesiæ vniuersalis doctrina de eis aliquid explicite docet, quamquam includantur in eis, quorũ explicita fides necessaria est vniuersis fidelibus.

Si de primis fiat sermo, adhuc est distinguēdum, vt ponit S.Tho. quęst. de ve. 9. videlicet, quod ad fidem aliquid pertinet dupliciter, vno modo directe, & principaliter; sicut sunt credibilia in articulo fidei explicita. Secundo modo indirecte & secundariæ, sicut sunt ea, quæ in diuina Scriptura sunt reuelata; sicut quod Abraham habuit duos filios.

Secunda principalis deinde distinctio est habenda doctorum: circa quos respicienda est qualitas, & quantitas discreta, scilicet qualitas inquam, vtpote, qui pro vna parte sunt opinionis, aut sint litteris famosi, in facultate experti; & morum honestate, ac conscientia graues; ne sibi quærat aliquis ad sui appetitus siue erroris colorationem, prurientes auribus. De quibus prophetauit Apostolus. 2. Tim. 4. Erit quidem tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt & cetera glo. qui ea doceant, quæ volũt. Tales enim quęrere veritatis synceritatem, sed desiderare mẽtis cęcitatem & propriam affectionem. Quamobrem videndi sunt doctores hi potius, qui sanctorum doctrinis patrum inhęrent. Amplius secundum illud Eccles. 8. Ne despicias narrationem præsbyterorum, idest doctrinam sapientium doctorum; & in prouerbijs eorum conuersare, idest secundum eorum doctrinam viue. Ab ipsis enim di-

sces sapientiam, scilicet de diuinis; cuiusmodi sunt credibilia; & doctrina intellectus, videlicet, de moribus, quibus opera vestimenta sunt. Videnda insuper est doctorum quantitas discreta: quot videlicet sint doctores pro opinione vna, & quot pro alia: quia probabile est magis veritatem continere dictum multorũ ceteris paribus, quam dictum vnius, vel paucorum. Ideo Eccles. 6. dicitur. In multitudine presbyterorum prudentium sta: & sapientiæ illorum ex corde coniungere.

Tertia distinctio est attendenda ex parte auditorum, siue opiniones prosequentium, quia quidam sunt simplices, qui non obligantur scire multa explicite: quæ tenentur, alij quidam scire, quibus ex officio, vel aliunde, incumbit rationis vomere terram scindere sacræ Scripturæ: quatenus inde simplices pasci possint. Illud Iob. 3. Boues arabant & asinę pascebantur iuxta illos. Vnde etiam quibusdam magis incumbit studio intendere: & examen doctrinæ variarum opinionum audire, quam incumbat alijs, qui non ita dono maioris industriæ, & illuminationis intelligentiæ, vel altioris gradus dignitate in Dei Ecclesia sunt sublimati.

Quarta distinctio est capienda circa modum adhærendi opinionibus, quia aliquis adhæret vni, aut pertinaciter, aut non, sed animo paratus est corrigi veritate sibi ostensa. De pertinaciter inhærente, dicit August. & ponitur. 24. q. 3. cap. Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauumq. sapiunt, si correcti, & sanum rectumq. aliquid sapiant: resistunt nihilominus contumaciter, suaq. pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. De non pertinaciter adhærentibus dicit idem Augustinus, & ponitur ibidẽ in capitulo, dicit Apostolus. Qui sententiam suam quamuis falsam, & peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis in

erro-

errorem lapsis parentibus acceperunt: quærunt tanta solicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint: nequaquam sunt inter hæreticos computandi.

Quinta distinctio est accipienda ex parte rationum, & motiuorum diuersarum opinionum: Sunt enim à quibusdam, quibus hoc competit examinandæ rationes: & virtus est argumentorum pensanda: quia in rebus dubijs, non de facili est præstandus assensus; quinimmo, vt dicit Beatus Augustinus lib.3. de doctrina Christiana. Consulere debet quis regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis,& ecclesiæ auctoritate percep. Ideo Iob. 19. Causam,quam, nesciebam,diligentissime inuestigabam. Scriptura insuper dicit. Qui cito credit, leuis est corde,& Prouerbiorum.24. Innocens. glo. idest stultus credit omni verbo. Beatus quoque Ambros. libro de paradiso dicit. Nemo debet se alteri facile credere: nisi cuius virtutem probauerit. His præmissis distinctionibus ad quæsitum respondetur per quinque conclusiones.

Prima. In primis materijs ad fidem, & bonos mores non pertinentibus, sed ad facultates artium, vel naturalium, potest quis sequi absque periculo peccati, quantum est ex parte obiecti, seu materiæ, opinionem vnius, reiecta opinione alterius. patet, quia nullum periculum sequitur ibi: cum nec ad fidem, nec ad mores pertineant: secundum quorum habitus vel carentias solum peccatores, aut boni adeo iudicamur. Dicitur autem notanter quantum est ex parte materiæ opinionē, quia quantum est ex parte intētionis, quis ibi peccare posset, vel ex inordinationes affectus: vt si ex inuidia, odio, amore pretio, vel inordinata voluntate potius sequeretur vnam opinionem quam aliam.

Secunda conclusio. Circa ea, quæ sunt ad fidem pertinentia. primo modo nullus rationis capax excusatur à labe peccati, inhærendo alicui opi-

nioni

nioni erroneæ, contra ea, videlicet, quæ directe, & principaliter ad fidem pertinent: propter opinionem contrariam cuiuſcumque magiſtri: quia tenetur ad credendum explicite quilibet fidelis talia. Cum Apoſtolus dicat ad Hebręos. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Alias, vt ſanctus Tho. dicit. quodli. 3. ignorantia excuſaſſet eos, qui ſecuti ſunt errores Arrij, Neſtorij, & ſimilium. Nullus enim poteſt ab erroris vitio excuſari, qui aſſentit opinioni alicuius magiſtri; vt ibi concludendo dicit ſanctus Tho. contra manifeſtum ſcripturę teſtimonium, ſiue etiam contra id, quod publice tenetur ſecundum Eccleſię auctoritatem: vbi currit illud Christi verbum Euangelij. Si cæcus cęco ducatum pręſtat, ambo in foueam cadunt.

Tertia concluſio. Quis poteſt opinari contrarium eorum, quę pertinent ad fidem indirecte, & ſecundarie abſque periculo peccati, licet expreſſa contrarium habeatur in textu veteris, aut noui Teſtamenti: ſicut, quod Dauid non fuerit filius Yſai, & ſimilia. patet quia talia non tenetur quilibet explicite credere, ſed ſolum implicite, vel in pręparatione animi, inquantum paratus eſt, & eſſe debet quilibet credere quicquid in diuina Scriptura cōtinetur; ſed tunc ſolum homo tenetur huiuſmodi explicite credere, quando hoc ei conſtiterit in doctrina fidei contineri, & interim quod non conſtat, nec ſcire obligatur; poteſt aliquis ſine pertinacia tamen contrariam opinionem tenere.

Quarta concluſio. Aliquis poteſt abſque periculo peccati tenere opinionē alicuius magiſtri etiam contrariam veritati fidei in ijs, quæ ad fidem pertinent; ſecundo modo principalis diſtinctionis, ſcilicet quorum veritas nec ſcripturę teſtimonio, nec eccleſiæ vniuerſalis determinatione habetur expreſſa; dum tamen facta determinatione, abſque pręſumptionis cuiuſcumque tumore illicito, intellectum ſuum humiliet determinationi vniuerſalis eccle-

ecclesiæ. Patet, quia nullus peccat illo tempore non credendo id, quod non tenetur credere pro illo tempore; sed quæ expresse non continentur in sacra Scriptura, nec per ecclesiam sunt determinata, nec sunt alicui reuelata, neque ratione euidenti ostensa pertinere debere ad fidei veritatem, nullus tenetur credere explicite; cum fides sit ex auditu. ad Rom.4. ergo conclusio vera. Vnde & sanctus Tho. secunda secundæ. q. 2. artic. 6. dicit. quod si simplices in ijs, quæ ad fidei subtilitatem pertinēt, non inueniantur pertinacius inhærere, si in talibus ex simplicitate deficiant non eis imputatur. Circa maiores vero varie opinantes, quos interdum discipuli in varias opiniones partiti sequūtur. Dicit ibidem vnum notabile verbum. Cum inquit minores non habeant fidem implicitam in fide maiorum; nisi quatenus maiores adhærent doctrinæ diuinæ, secundum illud Apostoli primę Corint.4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Cum humana cognitio non est regula fidei: sed veritas diuina; à qua si aliqui maiorum deficiant, non præiudicat fidei simplicium; qui eos rectam fidem habere credunt: nisi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæreant contra vniuersalis ecclesiæ fidem, quæ non potest deficere. dicente Domino. Luc.22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Hac ratione multi tenentes plura erronea ea rationum multitudine defendentes, quia tamen ecclesiæ vniuersalis determinationi colla submiserūt, & nihil contra fidem explicitam pertinaciter attentauerunt: ideo hæretici non fuerunt; vt Abbas Ioachim, & multi alij.

Quinta conclusio, sequitur ex præmissis, quod stat aliquem circa ea, quæ sunt fidei errare, & tamen non peccare, sicut iam præostensum est supra secunda parte cap. 5.

Docet

Docet quomodo tam in fide quàm in moribus diuersis diuersa sentientibus: scrupulosus tute ambulare possit. Et in sententia breuissime explicatur quis error excuset, & quis non. Cap. XXX.

Vltimo quia supponitur in quæstione præcedentis capituli: quod de adhærendo vni opinioni: vbi doctores contrariantur in moralibus, sit sicut de credibilibus, quamquam supra sit expeditum satis capitulo vndecimo istius partis: tamen prænotatis distinctionibus præcedentis capituli: adhoc pro latiori declaratione. Notandũ quod cum peccatũ si exorbitatio à lege diuina, siue humana à diuina deriuata: B. Ambrosio dicente. Peccatum est præuaricatio legis diuinę, & inobedientia cælestiũ mãdatorũ. Et secundũ Aug. Est dictũ factũ, vel cõcupitũ contra legem Dei. Iccirco necessaria est hic distinctio pariformis ei, quæ supra assignata fuit pertinentiũ ad fidem, videlicet de pertinentibus ad legẽ Dei. Quoniam aliqua sunt expresse in lege Dei cõtenta, vt de non occidẽdo, de non furãdo, & similia, quę sunt omnibus cõmunia. Alia autem ad legẽ possunt pertinere, sicut conclusiones elicibiles ex contentis expresse in lege Dei: non tamen expresse seu clare legis, aut scripturæ testimonio aut vniuersalis ecclesiæ vulgata determinatione patet ad legẽ Dei pertinere: sicut sunt multa, super quibus varię adhuc inter doctores currunt opiniones, sicut est materia de pluralitate beneficiorũ, & materia cõtractuũ multorum. His præsuppositis, est prima conclusio: Nullus rationis cõpos absq. Dei offensa potest agere contra expresse in lege Dei posita: quantũcumq; currat super his opinio aduersarij: patet, quia maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Et ex diffinitionibus peccati. Vide S. Tho. quodli. 11. sic dicit. Faciens

Prima cõclusio.

ciens aliquid contra opiniones magistrorum: sic facit contra opinionem veram cum tunc faciat contra legem Dei, non excusatur à peccato: quamuis non faciat contra conscientiam: sic enim contra legem Dei facit. hæc ille Quod intelligendum est, cum materia circa quam varietas magistrorum est, pertineat ad ea, quæ sunt lege diuina expressa: quorum quodlibet sicut & diuinam legem necessariam ad salutẽ tenetur scire, quilibet arbitrij vsum habens, nec aliquis homo ex horum ignorantia excusationem peccati habere potest, cum sit ignorantia iuris.

Secunda conclusio. Potest quis absque offensa Dei sine peccato facere contra ea. quæ sunt legis diuinæ, secũdo modo, quæ sunt fidei explicitę, sicut enim supra dictum est: non est eadem ratio de omnibus, quæ ad fidem pertinent: quædam enim sunt notiora alijs, ad hoc quod homines dirigantur in finem supernaturalem. Quædam etiam alijs sunt obscuriora: ita inter operabilia siue ad mores pertinentia est distinctio.

Non enim omnium est scire, quæ sunt peccata mortalia, & peccatorũ species, & huiusmodi. Quædam etiam alijs sunt planioria, alijs etiam ad sciendum accommoda magisque disponentia ad compositionem morum, & directionem operum in finem supradictum: Vnde sanctus Tho in 4. distinct. 24 dicit. Sacerdotibus etiam curatis debet esse sciẽtia: non quidem vt omnes difficiles quęstiones legis sciant: quia in his debet esse ad superiores recursus, sed sciant illa, quæ populus debet credere, & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes scilicet Episcopos pertinet, vt etiam ea, quæ difficultatem in lege facere possunt: sciant & tantomagis quanto in maiori gradu collocantur. Præterea ita n prima conclusio, quàm secunda expressa probantur auctoritate Leonis Papæ, de pes. dist. 13. dicentis. Sicut quædam sunt, quæ nulla pos-

ſunt ratione conuelli: ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum, oportet temporari: illa ſemper conditione ſeruata. vt in ijs, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura illud nouerimus ſequendum, quod non eſt præceplis euangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum Patrum inueniatur aduerſum. glo. ſuper hoc: nulla poſſunt ratione conuelli: dicit, vt præcepta decalogi, & forma baptiſmi, & forma cōficiendi corpus Chriſti. Ex quibus omnibus patet quod argumentum ad probandam concluſionem: ſecundam poteſt formari & ordinari ſicut formatum fuit argumentū probans quartam concluſionem præcedentis capituli. Et tamen ſciendum quod vt præfata huius capituli ſecundam concluſio vniuerſaliter ſit vera præſuppoſitis ſupra in pręcedēti capitulo diſtinctionibus notatis: duo requiruntur.

Primum eſt quo abſq; dubitatione probabili, aut notabili de contrario, quis adhæreat præfatæ opinioni, ne diſcrimini, ſe exponat. De quo late dictū eſt ſupra cap. 15. cap. 5. & 13. & 11.

Secundum quod requiritur eſt, vt adhæreat pręfatæ opinioni ſine conſcientia de oppoſito: vt late etiam tractatum eſt in ſecunda parte huius tractatus. Et de hac difficultate huius, videlicet capituli, latiſſime ſupra in multis locis diffuſe diffinitum eſt. Sed oriuntur circa præmiſſa, dubia duo ſcrupuloſa. Primum. ſi ſimplices non teneantur de neceſſitate omnia credibilia, explicite & diſtincte credere: tunc non qualibet tenetur errorem ſuum cōtrarium articulis fidei euitare: quia non tenetur oppoſitum illius cauere, cuius oppoſitum non tenetur agnoſcere: & ita videtur quod poſſet aliquis licite in errorem repugnantem alicui articulo cadere: & eodem modo argueretur præciſe, quod quis poſſet in actum peccati mortalis cadere ſine peccato mortali: quia non tenetur ſimplex omnes differentias peccatorum mortalium, & præceptorum Dei, & eccle-

ecclesiæ scire explicite. Respondetur secundum S. Tho. & Sco. in. 3. distin. 25. negando consequentiam: quia non solum tenetur quilibet simplex cauere omnem errorem contrarium articulis numeratis: sed tenetur cauere omne, quod est contrarium veritati scripturæ, scilicet canoni bibliæ, quia nullus posset pertinaciter adhęrere contrario alicuius veritatis in Biblia quin hereticus iudicaretur, & cum arguitur, non tenetur ad errorem cauendum: nisi teneatur ad credendum explicite eius oppositum: dico quod consequentia non valet, sicut patet in moralibus alijs: quia quilibet tenetur cauere omne peccatum mortale: & tamen non tenetur scire & cognoscere in quo gradu superbia est peccatum mortale, vel gula, quia nec hoc sciunt multi experti in scientia: sed circa hoc sunt multæ altercationes. Secundum dubium est. Si sufficiat simplicibus habere fidem explicitam de aliquibus, & de aliquibus implicitam, tunc si iste, cui incumbit instruere simplices, predicaret aliquid oppositum fidei: posset simplex licite adhærere doctrinæ eius: credendo tanquam verum aliquod falsum, & tunc simul esset fidelis, & infidelis. Fidelis, quia non tenetur actum explicatum habere de contrario articulo. Infidelis vero, quia credit aliquid esse verum: quod repugnat fidei. Pręfatum enim argumentum inducit quendam doctorem notabilem scribere, & concedere: quod quis simplex etiam posset martyrizari: quando ex ignorantia teneret erroneum articulum sibi à suo prælato hæretico prædicatum. Respondetur secundum. S. Thom. in. 3. distinctione 25. q. 2. & Sco. vbi supra: quod aliqua sunt, quæ communiter prædicantur in ecclesia: & talia sunt necessaria simpliciter ad explicite credendum: scilicet quod Christus natus est ex Maria virgine, quod fuit crucifixus pro redéptione humana. Sed si sit aliquid, quod credendum, est quod tamen non prædicatur communiter in ecclesia:

sed

ſed proponitur ſpecialiter in vno loco de nouo,non eſt neceſſariũ ſimplici credere illud firmiter,illi tãquã vero adhęerendo:immo neceſſariũ eſt magis illi non adhærere, quouſque ſciat illud credi ab eccleſia tamquam verum. Verba ſunt Sco.in 3.& S.Tho. vbi prius. Clarius ſit dicit in.4. artic. Prælato contra fidem prædicanti non eſt aſſentiendum, quia in hoc diſcordat à prima regula. Nec per ignorantiam ſubditus excuſatur à toto: quia habitus fidei facit inclinationem ad contrarium; cum vnctio neceſſario doceat de omnibus pertinentibus ad ſalutem. Io.3.Vnde ſi homo non ſit nimis facilis ad credendum omni ſpiritui, quando aliquid inſolitum prædicatur, non aſſentiet,ſed aliunde requiret: vel Deo ſe committet: in eius ſecreta,nõ ſe ſupra ſuum modum ingerendo, Sed quęreret aliquis,homo ſimplex, qui ignorat differentias plures peccatorum mortalium,vel articulos fidei, quæ ſunt litteratioribus nota: per quid cauebit iſte ſimplex peccata quę ignorat eſſe peccata mortalia, aut perfidiam, quam ignorat? Reſpondet. S. Tho. quod talis aut eſt extra charitatem, aut in charitate. Si primum, & eſt fidelis: tunc fidei habitus eum à perfidia præſeruare poteſt. Si vero eſt infidelis, non mirum ſi cæcus offendit,& vulneratur amplius.quia ignorans ignorabitur. Si vero eſt fidelis, & in charitate: tunc per habitum charitatis, & per alios habitus omnium virtutum moralium, & theologicalium infuſorum inclinatur per inhabitantem, ſcilicet, vt caueat peccata mortalia: quia vnctio,ſcilicet Spiritus ſancti, docet de omnibus, vt habes ſupra. Si etiam eſſet fidelis extra charitatem exiſtens, tunc quia habitibus gratuitis charitatis caret,nõ ita præſeruaretur,& peccata,in quæ incideret,eſſent pœna peccati. A perfidia tamen propter habitum fidei,quem haberet,inclinaretur contra omnem articulum perfidum. Vnde dicit. S. Tho. in tertio. diſt. 25. q. 2. arti. primo. Sicut habitus temperantiæ inclinat ad reſi-

resistendum luxuriæ: ita habitus fidei inclinat ad resistendum omnibus, quæ sunt contra fidem. Vnde in tempore quando emergit necessitas explicite cognoscendi, vel propter doctrinam contrariam, quæ imminet, vel propter motum dubium, quod insurgit, tunc homo fidelis ex illuminatione fidei, non consentit ijs, quæ sunt contra fidem, sed differt quousque plenius instruatur. Idem ostendit in prima parte. q. prima. artic.6. quod qui est in gratia charitatis habet ex consequenti septem dona Spiritus sancti, inter quæ, summum est sapientia, quam etiam habet minus in Charitate existens. Et ideo etiam potest iudicare talis per modum inclinationis habitus de necessarijs sibi ad salutem. Cum inquit iudicare ad sapientem pertineat; ideo secundum duplicem modum iudicandi, duplex scientia reperitur. Contingit enim aliquem iudicare vno modo per modum inclinationis: sicut qui habet habitum virtutis: recte iudicat de ijs, quæ sunt virtute agenda, inquantum ad illa facienda inclinatur. Vnde secundo ethicorum dicitur, quod virtuosus est regula, & mensura humanorum actuum. Alio modo per modum cognitionis sicut animus instructus in scientia morali, posset iudicare de actibus virtutis, etiam si habitum non haberet. Primus igitur modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad sapientiam, quæ ponitur donum Spiritus sancti. secundum illud. 2. Corin.2. spiritualis homo iudicat omnia. Item Dionysius. 2. cap. de diu. nom. dicit. quod Ierotheus doctus erat, non solum sciens, sed etiam discens diuina. Secundus autem modus iudicandi pertinet ad doctrinam sacræ Scripturæ, secundum quod per studium habetur licet eius principia ex reuelatione habeantur. hæc S. Tho.

Sub diuersis diuisionibus determinat, de qualibet ignorantia, quando excuset, & quando non excuset peccatum. Cap. XXXI.

FInaliter pro conclusione notandum summopere: quæ ignorantia excuset à peccato, & quæ non: vel quæ augeat peccatum, & quæ minuat. Quia in istius scientia residet remediũ principale ad subueniendum timoratæ conscientiæ. Omnis enim error ex ignorantia venit. Et quamquam supra parte secunda cap. 5. plura dicta sint de ignorantia: tamen sub compendio hæc eadem materia sumetur secundum distinctionem Vlrici de Argentina, antiqui illius notabilissimi doctoris.

Quęritur igitur an ignorantia excuset peccatum: Respondetur distinguendo. Est enim quędam ignorantia vincibilis, quæ est in potestate, scilicet scientis & alio nomine dicitur affectata, & est multiplex, vt infra dicetur. Alia inuincibilis scilicet, quæ non est in potestate scientis: & est etiam multiplex: quia inuincibilis aut inest à natura, qualis naturaliter inest stultis, maniacis, & melancholicis: & hæc in se non est peccatum: & ex ea sequens excusat in toto. Alia in est ex accidente, vt ex infirmitate aut ebrietate. Si inest ex accidente, aut eam habens non dedit operam: vt quando aliquis non nouit virtutem vini, aut alterius opilatiui: & vniuersaliter quando ignorat sibi futurum tale accidens: tunc etiam hæc ignorantia non est peccatum, & in toto excusat sequens peccatum quamdiu manet tale accidēs. Aut causa, scilicet ignorantiam ex accidēte habens dedit operam: & si dedit operam, aut hoc factum est per rem licitam, sicut aliquis ex deuotione, vel alio exercitio spirituali incidit in insaniam, hæc etiam excusat à toto. Aut factum est per rem illicitam. Et hoc dupliciter adhuc: quia videlicet, aut

dedit

dedit operam per rem illicitam, quæ fuit veniale peccatum: vt si aliquis per iram venialem inciderit in frenesim, & hæc excusat à toto: aut dedit operam per rem illicitam, quæ fuit peccatum mortale & hęc ignorantia in se est peccatum: & non excusat sequens peccatum in toto: sed secundum Philosophum. 3. Ethicorum, talis meretur duplices maledictiones; tamen excusat à tanto, quia licet inquantum peccatum est sit voluntarium: & ideo illa ratione non excuset, tamen inquantum est ex ignorantia causat quodammodo in voluntarium. Et ideo diminuit de ratione peccati: quia omne peccatum est voluntarium Modo sequitur primum membrum primæ diuisionis, quia si ignorantia est vincibilis, aut est ignorantia iuris, aut facti. Ignorantia iuris dicitur à philosopho, ignorantia vniuersalis, quod in idem reddit, quia ius hic vocantur regulæ vniuersales regentes vitam. Aut est ignorantia vincibilis facti, quæ à philosophis, & à theologis vocatur ignorantia particularis, quod in idem reddit, quia factum vocatur aliquod particulare determinatum per aliquam circumstantiam, quam contingit etiam sapientem ignorare. Si ex ignorantia iuris; hoc fit adhuc dupliciter, quia aut est iuris vniuersalis quod omnibus imponitur ad sciendum & tenendum; & huiusmodi ignorantia crassa est, & supina, & hęc non excusat; immo est peccatum speciale secundum Augustinum. Si est voluntaria, aut est particularis, seu iuris: particularis quod non scitur nisi per studium, & hęc excusat à tanto, & à toto si sit casus multum difficilis. Si autem est ignorantia facti, hoc fit etiam dupliciter. Aut enim ipsa est causa actus, quia si non ignoraret, non faceret, & huius signum est pœnitudo in actu; & hæc similiter causat inuoluntarium, & ideo excusat in toto: vt patet in Iacob & Lia. Aut non est causa actus, sed per accidens se habet ad actũ; quia idem faceret, etiam si non ignoraret; & talis non pœni-

tet in actu; vt si aliquis credens accedere ad vnam mulierem, accedit ad aliam, ad quam non debet; talis non dicitur per ignorantiam facere, sed ignorans, & talis ignorantia, nec diminuit peccatum, nec auget. Alia est autem ignorantia, quæ consequitur effectum peccati, vt quando concupiscentia peccati, quam voluntas non deprimit, absorbet iudicium rationis in particulari operabili; sicut impedit ira animum, ne possit cernere verum; vt dicitur in 6. Ethicorum, quod delectatio corrumpit æstimationem prudentię; & hæc est ignorantia electionis, secundum quam omnis malus dicitur ignorans; & hæc sequitur effectum peccati, & ideo non minuit rationem voluntarij; immo voluntas ipsam præcedit. Et ideo nullo modo diminuit peccatum, quia nulla alia ratione ignorantia excusat, nec minuit peccatum, nisi inquantum causat aliquo modo inuoluntarium. Hæc ille, scilicet Vlricus de Argentina.

FINIS.

Tantum de Consolatione timoratæ conscientiæ dixisse sufficiat. A cuiusmodi compilatione si quisque quod suum est recipere velit: nihil aut modicum auctori manebit.

INDEX

INDEX CAPITVM PRIMÆ PARTIS.

Secundæ Partis Capitula.

do

Capitula Tertiæ Partis.

ſine

FINIS.